terra & quę in his fuerint vniuersa sint cõdita: & vtrũ per se animę cõstent, nec genitę sint, nec a deo creatę, & alioqn a deo hoc ipo ornent, & corpora per vices imutẽt, an minime sint permansurę. Posset enim vel quispiam, cum laudare potius istorũ deberet ingenium & simul suspicere qui ad inquirẽdam veritatem se contulissent; irridendo & cauillando vermes esse hos dicere, qui in volutabri angulo quodã vitę huius humanæ, nihil se pensitarent: & idcirco videri eos, perinde tantas res comprehendisse, & eniti vt quæcunq; protulerint contemplatos se fuisse appareat, quę sine potiore aliqua & diuina virtute cõplecti animo nequeãt. Siquidẽ vt nemo vidit quę hominis sunt nisi spiritus hominis qui est in eo: sic item nec ea quidem quę dei sunt quispiam nouit, nisi spiritus dei. Sed nequaq; nos insanimus, nec tãtam hominũ scientiam, quã vtiq; non vulgatiorẽ quandã & communem nũc dixerim; quippę quę nõ in multis versẽt, si inquirẽdæ duntaxat veritati incũbat, vermiũ, siue aliorũ huiusmodi motibus comparamus: sed veritati studentes testificamur fuisse Gręcos nonnullos philosophos, qui idcirco sint deum cognitione adepti, quia his deus de se hanc patefecerit: Tametsi non vt deum glorificauerint, vt Paulus inquit, nec gratias egerint, sed euanuerint in cogitationibus suis, & obscuratum sit eorum insipiens cor, dicentes esse se sapientes, stulti sint facti: & commutauerint gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrũ, quadrupedum, & serpẽtium. Deinde Celsus cum velit id confirmare, nihil videlicet ab his quos dixerat animantibus, Iudęos simul & Christianos differre: ex Ægypto ait fugisse Iudęos, nec quippiã vnq; egisse memoratu dignũ, nec fama demũ, nec numero claros hos extitisse: quos equidẽ nec pfugos vnq; fuisse asseuerauerim, nec Ægyptios qdẽ, sed Ægyptũ incoluisse: vt supra iã diximus, & satis iam cõstat. At si nec fama illos, nec numero pstitisse idcirco autumat Celsus, qa apud Gręcos de istis nihil est historiæ pditũ: dicturi sumus, q; si qs velit Iudæorũ priscum illũ viuendi morem aduertere, & legum institutionibus illis vacare, cõpertu-
rus est plane hos homines extitisse, qui vitę cęlestis vmbrã in terris pretulerint: nimirũ apud quos preter eum qui cũctis presidet rebus, pro deo nihil vnq; fit habitum, nec quisq; siue imaginũ fictor, siue statuarum fabricator in eorum republica fuerit, vt quos procul lex ipsa abigeret, vt nequa his esset fabricandorum simulacrorum occasio, quę stultos quosdã mortalium a deo reuelleret, & ad contẽplanda terrena ani-
mi oculos retorqueret. Erat igitur apd Iudæos lex istiusmodi. Nolite impie agere, nec facietis vobis sculptile i similitudinem, aut imaginem masculi vel fœminæ, similitudinem omniũ iumentorum quæ sunt super terram, vel auiũ sub cælo volantium, vel reptilium quæ mouentur in terra, vel piscium, vel omnium quæ fuerint in aquis sub terra. Et erat quidem legis mẽs ea, vt singulis in rebus, vt veritas exigebat, hi verarentur: nec præter verum effingerent aliqua, quæ præ se maris vel fœminæ speciem ferrent, vel iumentorum naturam, vel volatiliũ, vel reptantium, siue piscium imaginem mentirẽtur. Egregium vero apud hos illud & operępreciũ fuit, quod hunc in modum & subsequenter lege sancitur, Ne forte oculis eleuatis ad cęlum, videas solem & lunam, & omnia astra cęli, & errore deceptus adores ea & colas, quę creauit dominus deus tuus in ministerium cunctis gentibus quę sub cęlo sunt. At qualis erat vniuersæ huius Iudaicę gentis respublica, apud quam nec cõparere effœminatus qspiam poterat, vel eunuchus? Quin & illud mirãdum, ob iuuentũ innatam luxuriam, & libidinũ incentiua, subla ta fuisse apud istos & scorta. Erant pręterea vel æquissimorum iudicum iudiciaria loca, qui vitæ integerrimæ diu spectimẽ dederant, cũ esset his decernendi creditum munus. Hi siquidem morum ob puritatem, & quia humanam excedebant naturam, dii patria quadam Iudæorum cõsuetudine ducebantur. Et profecto gentem hãc omnem vt philosophantẽ spectares: quin & vt ociũ esset sacras leges his audire, & quę sabbata nuncupantur, & festi cæteri dies apd hos sunt instituti. Verum quid erit de sacerdotum ordine & sacrificioq; dicẽdũ? Hęc quidẽ præ se permulta tulerint argumẽta, vt his innotescãt qui ea discendi studio tenerent. Sed quoniam in humana natura nihil est stabile, erat necesse tam pręclare institutam rempublicã pdetemtim corruptam, iam pditũ iri: Dei autẽ prouidentia Iudaici ritus ac disciplinæ dignitatem & gloriam, vt his congruebat qui vbiq; terrarum essent, & vt erat quęq; res immutanda, deniq; trãsferẽdo, Iudęis posthabitis, fidelibus per orbem vniuersum diffusis pręclarum illum iuxta Iesum & diuinũ tradidit cultum. Qui vtiq; Iesus non solum sapientia, verũ & portione diuina ornatus, dephẽsa in terris dęmonũ disciplina, quos thura & sanguis & ex adipe nidores oblectãt: siqdẽ hi Tiranũ & gigãtiũ istar, vt fabulæ ferunt, a dei meditatione mortales auellũt: Iudęoq; insidias nil magnifaciens quas hi potioribus maxie molirent, leges imposuit: pro quibus qui ducerent vitam, beatitudinem

consequerentur,nõ qui dæmones sacrificiis de
mulcerent,sed qui hos prorsus per dei doctrinã
contemnerent:quæ vtiq; cũ superiora illa & cæ
lestia,tum & deum ipsum spectantibus, præsi-
dio esset.Et qm̃ deo placitum est vt Iesu doctri
na apud homines permaneret,haudquaq̃ dæmo
nes potuere vel omnia concitantes, ex aduer-
so aliquid commoliri,ne de cętero Christiani
nominis existerent professores: siquidem reges
senatumq;, & qui vbiq; tunc principes essent,
& ipsos insuper populos,vt qui minus percipe-
rent male nauatam vt aduersus Iesum per dę-
mones operam:ita & qui in hunc credidissent,
acerrime in nos irritarũt: cum alioquin dei do
ctrina etsi frequenter interpellata, haud sec⁹ ac
cibum,sibi ad incrementum, interpellantum dę
monum excipiebat insultus, prouectiorq; in di
es & magno successu pmultas animas depasce-
batur. Id em̃ vt fieret deo collibuit. Hęc aũt ip
si;etsi in digressu iam diximus, dicenda tamẽ
existimauim⁹. Inerat em̃ aio his occurrere, quę
de Iudæis meminerat Celsus, q; ex Aegypto sci
licet profugissent: nec vnq̃ dignũ aliqd facin⁹
A viri illi deo tunc coniunctissimi pegissent, nec
fama & nomine claruissent. Nos vero gen⁹ il
lud electum,& regale sacerdotium dicimus se-
cessisse semper & declinasse ne multis immisce-
retur, ne mores quibus erat imbutum corrũpe-
ret,ita vt diuina virtute sit conseruatum: siq-
dem nec regna sibi pararet, vt cæteri hoies,nec
propagandi imperii duceretur cupiditate, nec
ea esse vellet paucitate, vt oportunum ad insi-
dias fieret,& penitus interiret. Cum Iudæis q-
dem sic agebat, q̃diu visi sunt diuino prędidio
digni: vbi vero vniuersi deliquerant,essetq; vt
se ad deum conuerterent laborib⁹ diuexati o-
mnino futurũ, nunc ad breue, nunc ad longi⁹
tempus deserebantur,quousq; tandẽ Romanis
regnantibus,ingens illud flagitium cõmisissẽt,
B vt Iesum occiderent : sic demũ sunt penitus de
stituti. Deinde Celsus tanq̃ primum Moysi li-
brum qui inscribitur Genesis iam percurrisset,
tentasse inquit olim Iudæos,a primo semine se
affirmare duxisse originem, veneficorum quo-
rundam & fallacium hominũ voces testificãdo
subobscuras quidem & ancipites,& in tenebris
latitantes,quas & rudibus quibusdam & insen-
satis edidissent, presertim cũ alias nunq̃ vel in
disceptationem id venerit, aut quęsitũ sit. Mi-
hi vero obscure admodum Celsus videtur iam
explicasse, quę dicere libuit: sed par est eum, vt
& locus exegerat , vel de industria nihil aper-
tius edidisse: videbat nanq; validiora esse quę
Iudęos astruerẽt e progenitoribus talibus pro-
diisse, quales prisci illi fuere: voluit item eius
rei videri, vt nil contemnendę, non nescius,q̃
de Iudæis vtiq; traditũ. Liquet sane id perhi- C
beri,cepisse olim Iudęos e tribus parentibus or
tum,quorum nomina cum dei appellatione cõ-
iuncta adeo valent,vt nõ modo Iudęi illis vtã-
tur deo dũ supplicant,vel dęmones ipos adiu-
rãt,Abraham deũ,deum Isaac,& Iacob deũ pro
nunciãtes: sed vel in magicis qbusdã codicib⁹
& multis in locis diuini nomis vsurpatio ista
reperiatur:ita vt vel hoc ipsum veluti familia-
re ac prędipuum habeant magici homines, dũ
carminibus dęmones vrgent. Quę igitur per
Iudęos proferuntur & Christianos in argumẽ-
tum,sacrosanctos quosdam, Abraham, Isaac, &
Iacob homines extitisse, & parentes fuisse Iu-
daicæ nationis, nil prorsus fugere Celsum exi-
stimo, minus fuisse non apertius explicata, sed
nihil potuit his dictis obsistere. Nos vero vni-
uersos rogabimus, qui huiusmodi dei inuoca-
tiones vsurpant:Dicite o vos,quis em̃ Abrahã
quis Isaac fuit ? quid Iacob deniq; valuit! vt di
uini nominis appellatio,istorum nominib⁹ ap
plicata tantas exequeretur virtutes ? vel a qui-
busnam didicistis, vel edisscere licuit, istorũ vi
rorum res gestas!quisue id curæ suscepit de his
vt historiam scriberet,q̃ tales viros,siue vt prę-
claros collaudet,siue ex coniectura, vt istorum
magna quędam & admiranda facinora his pa-
tefaciat,q possunt illa animo contemplari! Q;
si rogantibus nobis prodeat nemo, q e quauis
historia vel greca vel barbara , siue non histo-
ria, sed e mystica quauis de his viris scriptu-
ra affirmare id queat: Genesim ipsam prolatu-
ri mox sumus, q̃ horum virorũ & facta comple
ctitur, & habita ad eos oracula patefacit. Non
ne & tantorum virorum diuinitatẽ asserturũ
id esse fatebimur , q; vel per nos trium horum
Iudaicæ gentis parentum nomina admittunt
q aperte intelligamus his inuocatis peragi de-
mum nil aspernenda,quos tamẽ non aliũde ni-
si ex sacris Iudęorum libris accipim⁹! Quin &
Israel deus,& Hebręorum deus,& deus insuper D
qui rubro in mari ægyptiorum regẽ & egypti
os simul coeuntib⁹ aqs immersit:nõne appella-
tus aduersus dęmones,vel prauas aliquas pote-
states suscipitur!Didicim⁹ aũt & inuocationis
huiusce historiã,& diuinorum nominũ inter-
ptationẽ ab ipsis hebręis, q & patriis literis &
lingua vernacula,hęc ipsa & laudibus ferãt, &
narrẽt. Quo igitẽ pacto Iudęi q ausi sunt a pri-
mo istorũ semine quẽadmodũ originem ducãt
astruere, quos & veneficos esse, & fallaces exi-
stimat Celsus, impudẽter adeo connitũtur ostẽ
dere, & se ex his prodiisse, & principiũ origis
ducere: quorũ noia cũ hebraica sint , Hebræis

UNIVERSIDAD DE MURCIA

testificãt qui sacros libros Hebraica lingua,& literis habeãt exaratos, eorũ gentem hos viros propinqtate cõtingere:Siquidẽ vel ad id tẽporis Iudaica noia q̃ ex Hebræor̃ lingua penderẽt,eor̃ ex literis aut desumpta sunt,aut ex Hebraice linguę significãtia ducta. Aduerte autem qui Celsi scripta perlegeris, vti hoc ipsum prætendat cum inquit:Tentarunt quidem eorum originem a primo semine ducere venefico rũ & fallaciũ hominũ,subobscuras quasdam & ambiguas voces,in tenebris aliquo latitantes. Et nos quidem arcana hæc esse & occulta testificamur: qui quę ad multorum cognitionẽ nequaq̃ exposita sint,cum min⁹ sint apud nos dubia,vel si per alienos quosdã a nostro cultu suscipiantur. Pro Celsi vero sententia, qui nullis certioribus argumentis hanc vocum cõfirmet quam dicit ambiguitatẽ,velut nullius momenti hæc respuũtur:cum alioquin si refellere eam rectius voluisset,quam impudentissime dixerat per Iudæos generationem desumptam, qui Abraham ipsum & huius posteros iactarẽt:necesse fuisset vt suo loco & opportune cũcta exponeret,& primum suasionibus cõfirmaret qđ ipse opinaretur,moxq; & strenue verior⁹ argumentis eadem illa & dictis quæ pro se facerent,vt visum iam esset dilueret. Sed nec Celsus ipse,nec alius quispiam,ea cõplexus animo quę de nominum extẽt natura,& de se virtutis aliquid edant,dum ab aliis suscipiuntur & nũcupantur,de his certiorem aliquam poterit rationem afferre:vel hoies illos nullius momenti fuisse arguere,qui appellati dũtaxat & inuocati non apud domesticos solum,sed apud alienigenas quosdam,vim de se summam prætulerint.

Fuerat pręterea & illud vt adderet Celsus necesse,vti apud imperitos nonnullos & insensatos,de hisce nominibus q̃ placita essent nos explicãdo auditores (vt ipse putat) fallamus. At ipse qui se esse nec rudem nec stolidũ gloriatur, veram de his nimirum interpretationem exposuerit. Ad hæc autem nomina a quibus ducunt Iudæi originem,& illud adiecit:de hisce nominibus nihil vnq̃ vel multis ante tẽporibus fuisse quęsitum,sed Iudęos dũtaxat hoc tẽpore aduersus alios quosdã,quos tamen subticuit,impudẽter obiicere. Sic ostendat qui velit,quinã sint aduersarii isti,qui vel veri saltem similitudine aliqua,aduersus Iudęos vtantur:quemadmodum nihil syncere cum Iudęi tum Christiani,sua hęc noia in eos depromant,in quos nũcupanda desumpserint: alii vero & sapientius quidem & verius explicent,quę de istis cõprehenderint. Nos vero plane cõfidimus neminẽ fore cui id exequi liceat,præsertim cum admodum liqueat,istorũ nomina ex Hebræorũ fuisse lingua desumpta,& apud hos solum inuenta. Posthęc Celsus,ex historia a diuina doctrina penitus aliena,hominum altercationem de antiquitate inter se disceptãtium explicat,Atheniensium dico,Aegyptiorum,Arcadum,Phrygiorumq;,& quorundam apud se aliquos e terra genitos asserentium,& de his singulis profe rentium argumenta:subditq; & Iudęos in angulo quodam Palestinę cubando, rudes omnino,& qui nil antea auditiõe acceperint,quæ & Hesiodus & viri quidem innumeri alii & diuini cecinerint:& commentos esse nonnulla quę nihil habeant credulitatis,& a Musis lõge plurimum absint:hominem scilicet fuisse plasmatum & huius e latere fœminã deinde deductã, & deum nonnulla his iniunxisse,& serpentem hos ipsos circũuenisse,& ita vt dei mãdata excesserint:fabulosa pfecto quædam,& veluti ab ociosis aniculis enarrata,cum deum principio statim imbecilliorem efficiunt adeo & impotẽtem,vt nulli quos creauerit hominum queat persuadere quę velit. Ex his itaq; scientissimus, & eximia peritia Celsus,Iudæos simul & Christianos inscitiæ & ruditatis insimulans aperte ostendit,quemadmodum teneat cuiusq; historici tempora,vel Greci quidem vel Barbari:qui Hesiodum illum & infinitos alios quorũ præterit nomina,vetustiores & Moyse putat & huius cõscriptis operib⁹,qui res Troianas multis seculis antecessit. Nõ ergo Iudæi grauissimi viri de terrigena homine aliquid conscripserunt, qđ vtiq; nec fidem sortitur, nec prorsus oblectat:sed iuxta Celsum viri quidã diuini, ne vanos dixerim & mendaces, Hesiodus scilicet & alii quos ipse dicit innumeros, qui antiquiora illa & prisca in Palæstina & elegantissima dicta,cum nec didicissent,nec audissent,de veteribus illis tales historias conscripserunt,quales & de deor̃ generatione ediderant: ita vt quantum in se esset deos genitos dicerent: & sobolẽ istis imponũt,& alia istiusmodi pleraq;. Et iure optimo Plato,e sua republica Homerum explodit:vt q adolescẽtes deperderet,& cęteros efficit q hmõi scriptitãt fictiones. Et Plato qdẽ,vt liquet,haudquaq̃ pro diuis hos duxerit,qui poemata reliqssent:at Epicureus Celsus cui recti⁹ lõge q̃ Platoni in integro iudiciũ est,si forte is idẽ est ille q aduersus Christianos libros alios duos cõposuit,nos forte contẽdẽdo obiurgãs, quos etsi diuos nihil existimet,diuos dixerit tamẽ,illud crimini dat,q; hoiem inducimus mani⁹ dei effigiatũ,cũ Genesis liber in hois hac fictione nec dei man⁹ cõmemoret:& Iob ipse & Dauid ita loquantur,Manus tuę fecerũt me,&

plasmauerũt me. De qbus essent permulta nimi
rũ dicenda, vt quid senserint hi patefieret, qui
ista protulerint: nec solũ quid inter se factura
& plasmatio differant, sed quid dei manus desi
gnẽt deniq; inotescat: quas q ignorãt, & huius=
modi sacrarũ literarũ nesciunt voces existima
bũt nos talem effigiẽ deo rerum omnium præ=
sidi imposuisse, qualẽ esse humanam spectamus:
quin & alas consequenter diuino corpori esse
astruxerint, quando de deo nostro sacræ literæ
id fateantur. Sed de his qcq̃ differere nihil exi=
git qua de agitur ĩ præsenti materia: siquidem
de his cũ Genesim interpretaremur, satis iã di
A ximus. Exinde in subsequentibus Celsi mali=
gnitatẽ aduerte: quum enim nostra scriptura ĩ
hominis plasmatiõe sic inquiat, Et insufflauit
in faciem eius spiritum vitę, & factus est homo
in animam viuentem: & velit ipse id dictũ qđ
minime nouit, malignus carpere, & illud adscri
pserit, Hominem cõposuerũt manib⁹ dei plasma=
tum, vt qui huic insufflatum haud secus fuis=
se existiment, ac solent vtres inflari. vt illud ir=
rideat, Et insufflauit in faciẽ eius spiritum vi=
tæ, qđ vtiq; est tropologice dictũ, & expositio=
ne indiget significãte tradidisse homini deum
incorruptibilem spiritum, vt alibi dicitur, In=
B corruptibilis aũt spiritus tuus in omnibus. Et
quoniam carpere diuina scripta erat illi propo
situm & nostra libentius, & Iudaica criminari:
& illud irridet, Immisit deus sopore in Adam
& obdormiuit, & accepit vnam de costis eius,
& impleuit carnẽ pro ea, & ędificauit costã quã
tulerat de Adam, in mulierem: cum alioquin di
ctionẽ nil explicarit, quę confirmare queat au=
ditorem qui hanc norit sub figura prolatã: nec
voluit quidẽ vel dissimulãter permittere, fuisse
illa allegorice dicta: tametsi deinceps sit ipse af=
firmaturus, ex Iudęis vel Christianis q æquio=
res fuerint, vbi dictorum hos puduit, ad allego
riam eniti illa traducere. Ad hęc vero sic respõ
debimus, Nũ ea quę diuinus ille tuus Hesiodus
etsi vanus, vt dixi, & oĩm mẽdacissimus, de mu
liere in fabulę modũ eloquit, veri ĩ se aliqd ha=
bent, & allegoriam admiserint: vt in ignis vicẽ
a Ioue sit tradita illa mortalibus! nostra vero
quæ & dormientis, & soporati ex latere desũ=
pta est, & a deo sit condita: nec ratione vlla nec
recondito aliquo sensu visa tibi est dici! Sed
par minime fuerit, illa quidem nil irrideri, vt
commentitia quædam & fabulosa, sed potius
demirari, vt quæ sub fabulę cuiusdam prętextu
philosophice differant: hęc vero & nostr ı qua=
si sola dictione sententiam terminẽt, subsanna
re: & vti nullius momenti sit, ducere. Si enim
simplicioris vocabuli gratia sunt criminanda
quæ sub latenti fuerint & altiore sensu prolata,
caue ne Hesiodi scripta risum potius sint prę=
bitura, viri sane (vt ipse affirmas) diuini. q ta
lia scripserit. Hunc & iratus sic affat⁹ est Iupi
ter qui nebulas cogit: Iapetionide, alieni consi
lii spectator acerrime, gaudes quia ignem sub=
traxeris, & meam fefelleris mentem: futurum
id tibi ingenti damno & mortalibus posteris.
His ipse pro igne malum datur⁹ sum cui⁹ gra
tia omnes secundum animum oblectabuntur
malum proprium peramantes. Sic dixit, & ri=
sit pater hominumq; deorumq;, Vulcanũq; iuſ
sit ꝯclarissimum ocyus, terrã aqua intermisce=
re, hominisq; indere vocem viresq;, & immor=
talibus facie simílem deabus videri virginibus
decoram speciem amabilemq; : Mineruam ve=
ro opera edocere, variam telã subtexere: & gra=
tiam capiti circunfundere auream Venerem,
& Cupidinem grauem, comendiq; membra cu
ras ingerere: imponereq; caninã mẽtem, & sub=
dolos mores Mercurium iussit personantem,
& Argi interfectorem. Sic dixit. Hi vero pare=
bant Ioui Saturnio regi. Sed confestim e luto
celeber claudus finxit virgini venerandæ assi=
milem, Saturnii consilio. Cinxit autẽ & orna=
uit dea fulgentior oculis Minerua. Hæic vero
Gratiæ deæ, & colenda Pitho torques aureos
circumposuerunt collo, & pulchris criníb⁹ Par
cę, vernis hanc coronabant floribus. Omnẽ aũt
hui⁹ corpori ornatum coaptauit Pallas Miner
ua. In pectore vero personans Argiphontes, mẽ
dacia & fallacia dicta & mores versutos parauit
Iouis consiliis grauitonantis: vocemq; impo=
suit deorum præco, nominauitq; mulierẽ hãc
Pandoram, quia omnes cælestia dotata haben
tes, donum donarunt detrimentum virís inuẽ=
toribus. Ridiculum inde qđ de dolio dicitur, C
q olim viuerent in terra hominum tribus si=
ne malis, & sine graui labore, & grauioribus
morbis, quæ Parcæ mortalibus dederãt: sed fœ
mina manibus magnum dolii operculum aufe
rens diffudit hominib⁹ & partita est curas ma
las. Sola aũt ibi Spes in tutissimis domibus in=
tus relicta est sub dolii labris, nec extra euola=
uit: prius nãq; imposuit operculum dolio. Ad
hunc igitur qui tã elegãter ista sub figuris in=
terpretat, & pro suo iure quodãmodo nostra cõ=
temnit, & sua extollit, siue in his sit allegoriam
adeptus, siue minus: sic respõdebimus. Num so=
lis Græcis opinando licet philosophari! Quin
& Aegyptiis seu qbusuis Barbaroꝝ id ipsum
licuerit, q mysticis interpretationibus & secũ=
dum se veris admodũ gloriantur. Soli dũtaxat
Iudæi tibi sunt visi, & qui leges his tulerit, & cę
terarum nationum scriptores, ingenti vesania

UNIVERSIDAD DE MURCIA

laborare? solamq; hanc iudicas gentem diuinæ
virtutis nihil vnq; participasse, quæ tam egre-
gie sit, quemadmodum ad ingenitam dei natu
ram ascendat, instructa: vtq; & illi sit soli vacã
dum, & ab eodem omnia sint & vnice expectãda?
D Vbi vero q̃ de serpẽte literis cõmendãtur, &
prædicat Celsus, & plane irridet, q; diuinis ille
ad hoiem mãdatis obstiterit: perinde id ac fa-
bulam ducẽs, & qualem solent aniculæ recitare:
& nihil inuitus dei paradisum non noie exprí-
mit, neq; vt illum e regione oriẽtis in Eden plã
tasse dicit deus, vtq; & omne lignũ e terra pro-
duxerit, & visu pulchrũ, & ad vescẽdum suaue,
vt vitæ lignum in medio paradisi sit constitu-
tum, vt recti prauiq; scientiæ lignum id fuerit,
& cætera quæ deinceps dicuntur: & indidẽ cõ-
uenit, qui ea libẽs perlegerit, vt credat induce-
re, non sine graui & egregia quadã figuratione
fuisse hæc cũcta prolata. Age & ipsi ea adiícia-
mus, quæ in Platonis sympolio de amore p So-
cratẽ disseruntur, & quæ Socrati sunt ad dicẽ-
dum vt elegantiora quædam impolita, q̃ cæte-
ris essent qui de amore etiã disputarent: & ea
quidem ita se habent. Cum esset Veneris nata-
litius dies, epulantibus diis, & Metidis filius si-
mul aderat Porus: vbi vero cœnatum est, Pau-
pertas, vt q̃ ad cœnæ reliquias mendicaret, acces
sit, & pro foribꝰ ipsis astabat. Porus vero necta-
re madens, nondum enim erat vini vspiã vsus,
Iouis hortum ingressus, grauis iam & opplet⁹
humi conquiescebat. Paupertas vero præ eius
inopia, insidias Poro molita, vt ex eo pareret fi
lium, mox illi accubuit, amoremq; concitauit:
vnde & Veneris obsequentior seruus natus est
Amor, quia in eius natalitio & festo die sit or-
tus, simul etiam quia amator pulchritudinis
esset, cum & Venus ipsa decore sit prædita.
Amor itaq;, vt qui ex Poro esset & Paupertate
progenitus, hac constitit sorte, vt id vitæ genꝰ
susceperit. Primũ enim semper est pauper, & mul-
tis indiget rebus, tenellus item & mollis, deco-
ruscq; qualẽ pleriq; ducũt: durus insuper & squa-
lens, discalceatus, & domo carens, abiectior sem
per & sine lecto: pro foribus & in compitis, sub
dioq; dormitans: matris naturam sortitus, in-
desinẽter Paupertati cohabitat: pro patris rur-
sum natura, venustioribꝰ parat & pulchris in-
sidias, cum strenuus sit incursator & validus,
venator insuper acer, machinationes semp in-
texens, sapientiæ cupidus, & plane munificus.
Quin & per omnem vitam philosophatur, ido
neus incantator, veneficusq; & sophista, neq; i-
mortalis natura, nec vt mortalis. Tunc enim &
vno eodemq; die floresci & viuit, cum multis
abundat: tunc rursum et moritur, et de integro
redit ad vitam, vbi patris præ se tulit naturam.
Q̃d autem illi porrectum est, defluit semper, ita
vt nec vnq; egeat amor, neq; diteſcat, et sapien
tiam inter et ruditatem consistat. Qui er-
go ista perlegerit, si Celsi sequant malignitatẽ,
q̃d procul sit velim ab hoie Christiano, et fabu
lam irridebunt, et Platonem illũ qui tanti sit, ir
risione dignũ existimabũt. Si qui vero ea quæ
sub fabulæ prætextu dicũtur, philosophice pen-
sitantes, perueſtigando poterũt quid Plato sen-
serit inuenire, vt scilicet ei licuit dogmata, quę
ipsi quidẽ maiora sint visa, et multitudinis gra
tia imperitæ sub fabulæ figuratiõe occulere, et
ea insuper vt oportuit his explicare, qui scirẽt
ex commentitiis fabulis, vel eius sensum cõpre
hendere q illas composuit. Hanc autem Plato-
nis fabulam idcirco exposui, quia et Iouis hic
hortum inducit paradiso dei nihil absimilem:
et Paupertatis de causa, quę potest cũ serpẽte cõ
ferri qui in paradiso fuisset: nec secus Pori illi⁹
ea gratia qua sit et homini cõparandus, cui fue E
rit serpens insidiatus. Neq; eñ sat liquet, vtrũ
vt tulerit casus, in hęc Plato inciderit: an vt pu
tant nonnulli, vbi in Ægyptum se contulisset,
cum illis sit diuersatus qui Iudaicis rebus stu-
derent, ab hisq; vbi pleraq; didicisset, ea partim
seruauerit, partim cum aliter ac se haberẽt ac-
ciperet, deniq; deprauarit: cauẽs ne Græcos of-
fenderet si omnino quæ ad Iudæorum sapien-
tiam facerent, obseruasset: qui a multis quidem
culpãtur, quia peregrinas quasdam et externas
habeant leges, et secũdum se priuatum quod-
dam viuendi genus. Sed nec quæ de Platonis
fabula, nec quæ de serpente et dei paradiso, quę
ve in eo fuissent scribũtur, in presenti sunt ex-
plicanda: quandoquidem et in Geneſis exposi-
tione, vt licuit, operę plurimum in his differen F
dis cõtulimus. Verũ vbi et illud Celsus affir
mat, per Moysi dicta impiissime mox deum in-
duci imbecillum et impotẽtem, nec suadere ex
his cuiq̃ potuisse quos cõdidisset: illud nos su-
mus dicturi, haud secus se Celsi id dictũ habe-
re, ac si qs ad eiꝰ effusiorẽ negtiã cõfirmãdam,
deo id crimini daret, perinde ac minime queriť
ab hoie illã arcere, vt vel vnꝰ aliquis hoim iue
niret, q a principio nihil esset huiꝰ negtię parti
ceps. Vt igit hi quibus curę est, puidẽtiã ipsam
tutari, in eius defensiõe nõ pauca nec cõtenẽda
edisserũt: sic item de Adam et eius delicto phi-
losophentur necesse est, qui sunt non ignari vt
Hebraice Adã homo significet, et alia pleraq; q̃
inesse illi videnť: disserit nãq; de hominis natu
ra et Moyses: in Adam siquidem vt sacrę literę
dicunt, omnes commoriuntur, et condemna-
ti sunt in similitudine præuaricationis Adam,

Nō em̄ eque de homine aliquo vno,ac de vniuerso genere hominum,sacra scripta hæc disserūt.Nam & in his quę tanq̄ de vno subsequenter dicuntur,in Adam execratio facta,communis est omnibus,& cunctis infertur. Quę vero in mulierem pronunciata est maledictio, haud quaq̄ in eam intenditur, in quā minus deprompsit. Q;p e paradiso cum vxore vna sit homo eiectus,pellicea obductus veste,quam ad homínum preuaricationem vtrisq̄ & delinquētibus fecerat deus:reconditam habet in se,& mysticam rationem,& Platonis dicta longe plurimū superantem,quibus animam facit aligeram, & tandiu apud homines diuagantem,quoadusq̄ A firmius aliquid assequatur. Deinde Celsus hæc infert. Cataclysmum postea quendam, & peregrinę formulę arcā producunt,vniuersa intra se cōtinentem,columbamq̄ nescio quam,& cornicem quampiam nuncias:adulterantes & ementientes Deucalionis res gestas.Non enim sperabam proditura hæc aliquando in lucem: sed ista plane infantibus & pridie natis confícta narrabāt. Vel ex his quidē aduerte,q̄ stulte Celsus vetustissima Iudęorum scripta & insectetur & oderit. Cum enim nil prorsus haberet quo diluuii historiā carperet,neq̄ iis demū insistēs,quę & in arcam poterat,& eius dimensiones edicere,& fateri quēadmodum fieri non posset,vt qui pro multorum sentētia,arcę trecentorum cubitorum longitudinem, latitudinem quinquaginta,triginta demum & altitudinem animo complecteretur:vllo pacto asseueraret,vniuersa terræ animantia tantulę magnitudinis arcam capere potuisse: ita vt si ad decem & quatuor,& mundiora quidem hæc admisisset,immunda vero ad quatuor,cum intus habere hanc vniuersa dixisset,absurdius forsitan aliquid protulisset. Verum quid debet in ea absurdum arca videri, quæ per annos centum traditur fuisse constructa,ex trecentisq̄ in longitudinem cubitis,& in latitudinē quinquaginta,in altitudinemq̄ ad triginta defineret,coisse in cubitū vnum consummata denicq̄ colligatur!Cur inquā non magis miranda fuerit tantæ molis structura,et amplissimę ciuitati simillima,quando vi sua quadam et magnitudine dici non iniuria possit vel ad millia nouem cubitorum accedere,si longitudinem circa basem dimetiaris,et ad duum milium,si latitudinem! B Cur non erat præterea et ingeniū demirandum,quo tanta moles effectum est vt compagibus teneretur, ita vti imbrem posset diluuii causam sustinere!non enim vel pice vel alia materia istiusmodi, sed luto erat tenaciori,arca hæc oblita. Cur non dignum admiratione id fuerit,cum viua cuiusuis generis animantia in arcam diuina sint prouidētia introducta,vt iterato semen habitura esset vniuersorum animantium terra,cum deus ad eā rem viro iustissimo vteretur, futuro eorum denicq̄ genitore, quæ post diluuium relíqua fierent! C

Obiicit pręterea Celsus,quę de columba scribūtur:ita vt videatur et Geneſis librū legisse, cum nihil haberet quo posset arguere commētitium esse quod de columba asseritur.Deinde, vt assolet ad ludibrium sacra scripta traducere,coruum mutauit in cornicem:& putat hæc Moysen scripsitasse,ementiendo quæ per Græcos de Deucalione & fabulose vt solent tradūtur:si modo Moysen dūtaxat is crederet & nō alios plerosq̄ hęc conscripsisse:nam id quidē pretendit,cum adulterare hunc dicit,& ementiri Deucalionis res gestas: & item cum illud subiecit,Non enim sperabā in lucem hæc proditura.Verū quo pacto qui vniuersæ genti litteras tradidissent,non expectassent in lucē quæ scripserant exitura!præsertim cum omnib9 gētibus prędixissent futurum,vt diuinus hic cultus passim diuulgaretur!At Iesus,cum Iudæos hūc in modum alloqueretur,Auferetur autem a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus suos:quid aliud dispensabat, nisi vt in lucem ipse diuina virtute Iudaicam omnē scripturam produceret,cælestis regni mysteria cōtinentem! Atqui si Græcorum istę generationes,& de duodecim diis perlegat historiā,allegoriis & interpretationibus clariora mox ista effecerit:nostra vero vbi calūniari¦ peruelit,infantibus dicturus est & pueris fuisse & in fabulę modum prolata.Absurdissimam vero,& intempestiuam admodum liberorum susceptionem,etsi minus expressit,id tamen sat liquet de Abraham & Sarra dixisse,vt qui ad multū iam essent ætatis prouecti.Cum vero fratrum insidias obiicit,vel Cain ipsum,Abel fratri insidiatum pretendit,vel Esau qui Iacob sit molit9 insidias,Patris vero tristitiā Isaac forte dicit mœrorem, quo Iacob filii sui discessu affectus est: vel Iacob ipsius, ob Ioseph filium in Aegypto diuenditum.Matrum insuper & insidias eo dixisse hunc reor,vt ostēdat Rebeccam Isaac viri bñdictionē sic dispēsasse,vt non Esau,sed Iacob ipm pertingeret.Proxime vero si cū his omnib9 deū versatū dixerim9:qdnā quod absurdum sit agimus,qui psuasum habemus,eius diuinitatē ab his nunq̄ hunc subtracturum,quib9 propositum est vitam & rectius & syncere in posterum ducere!Irrisit pterea quę apud Laban sibi q̄sierat Iacob,cum minus intelligat quo dictum id referatur,Et erant quidem alba & nigra Laban, D

cętera vero Iacob: & hunc ait vel deum aſellis & ouib9 & camelis donaſſe, nec prorſus hic vidit figuraliter his hęc cõtigiſſe, quippe cũ ſcripta ꝓpter nos ſint in quos fines ſeculoꝝ deuenerint, & varii mores dei doctrina exculti exerceantur, & Iacob tropice nuncupato in poſſeſſionem iam traditi. Qui em̃ in deum ex gẽtibus crediderunt, ex his plane deſignabantur, q̃ de
E Laban illo & Iacob ſunt literis prodita. Celſus vero qui a ſcriptorum huiuſmodi ſenſu lõgius abeſt, Deum inquit & puteos iuſtis dediſſe. Nõ enim hic obſeruauit quẽadmodũ iuſti foueas quidem nil præparent, cum puteos aliogn ſint ſuffoſſuri, dum terram pmanentem & principium potabilium bonorum inuenire conquirunt, & figuralem pinde iuſſionem iã captãt huiuſmodi: Ebibe aquam e tuis vaſis, & e tuorum puteorum fonte ſupereffundantur aquæ extra tuum fontem: in tuas aũt plateas ptrãſeãt aquæ, ſint tibi ſoli bona, & nemo alienigena tibi ſit particeps. Et pleriſq; i locis diuina ſcripta cum huiuſmodi narrant, maiora quædam pretendunt, quæ ſub latẽti aliquo & recõdito ſenſu ſignificentur, cuiuſmodi ſunt quę de puteis conſcribuntur & nuptiis, & de variis iuſtorum conuentibus, quæ alio loco & opportunius tenuerit exponendo quis aperire. Q; autem putei ſint in Phyliſtęorum terra conſtructi, ex puteis liquet q in regione Aſcalon mirabiles oſtẽduntur, & memoratu digni, ob miram & lõge diuerſam ac cęteri putei fabricentur ſtructurã.
F Quinetiam ſpõſas ancillaſq; ad tropologiam deduci, non ipſi docuimus, ſed iam pridem a ſapientibus id plane accepimus: quoꝝ vnus quidam auditores ad recondita ſub figurationib9 ſenſa hortatus ſic inquit, Dicite mihi qui legẽ legitis, legem non auditis? Scriptum eſt em̃ q; Abraham duos habuit filios: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla erat, ſecũdum carnem factus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem: quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc nãq; duo ſunt teſtamenta: vnum quidem a monte Sina in ſeruitutem generans quod eſt Agar. Et paulopoſt, Quæ autẽ ſuperior eſt, Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Qui vero ad Galatas velit epiſtolam in man9 deſumere, profecto intelliget quemadmodum & ea interpretantur, quæ de nuptiis illis traduntur, & ancillarũ quid prę ſe ferãt admixtiones, vtq; & diuina velit doctrina, quatenus q corporis opera fecerint, haudquaq̃ nos imitemur: ſed ea potius quæ iuxta dei Apoſtolos ſpiritalia nuncupantur. Celſus vero cum magis oportuiſſet vt ſtudio veritatis ſuſcepto, quo hi nitebãtur qui ſacras literas conſcripſerunt, & nihil occulue-

runt, quæ viderentur ad allegoriam referri, vt mira quidem & minus conficta, longe aliter ſecit, & quæ de Loth eiuſq; filiabus tradũtur, accuratius nil inquirẽdo, neq; quo referãtur, ſcribendo: Thyeſtis mala hæc dixit ſcelere & impietate præſtare. Quænam autem in his & figura & interpretatio cadat, nequaq̃ eſt in præſentia explicãdũ, nec dicendum quid illa deſignent, quę olim fuere Sodomis geſta, quidve ſibi angelorum ad eum qui erat cęteris pereũtib9 euaſurus, habit9 ſermo voluerit iſtiuſmodi, Noli poſt tergum reſpicere, nec ſtes in oĩ regione, ſed in monte ſaluum te fac, ne forte & tu ſimul diſpereas: quiſve Loth ille fuerit: quæ hui9 et vxor in ſtatuã ſalis cõuerſa, quia ſe poſt tergum vertiſſet: quæ præterea huius et filiæ, quæ patrem inebriarũt vt fierent ipſę ex eo matres. Sed age, quę pro rei geſtę hiſtoria proferuntur paucis tranſigamus. Conſtat olim bonoꝝ malorumq; & indifferentium, Græcos naturã inueſtigaſſe, & ſane qui ea ſunt cõſecuti, bona quidem in voluntate dũtaxat conſtituunt: indifferentia vero omnia ſuapte ratione dicunt cõſtare, quæ ſine voluntate examinantur. Voluntatem, ſi illis decenter vtatur, laudabilem eſſe: ſi indecenter, culpandam. Dixeram equidẽ cũ de indifferentibus ſuo loco tractarem, indifferens eſſe, filiabus ex ſe quempiam admiſceri ſi modo res vrgeat aliqua: tametſi minus id deceat ĩbene inſtituta republica facere. Græci vero exempli gratia, vt id demonſtrarent indifferens eſſe, ſapientem quempiam aſſumpſerũt hominũ genere vniuerſo deperdito cũ filia & ſola relictũ: quæruntq; vtrum decenter cũ filia pater ea de cauſa ſit congreſſurus, ne prorſus genus interiret humanum. Hæc apud Græcos ſanius diſſeruntur, nec contemnenda Stoicorum his aſſentitur opinio, ipſum id affirmantium: fuiſſe olim adoleſcentulas, quæ conflagraturum qñq; mũdũ perdidiciſſent: cum nihil interea abſumi incẽdio certiores hę redderent, vbi ignẽ paſſim cõprehendiſſe earũ vrbẽ ſpectaſſent, hũani generis vitam in ſe dũtaxat ac patre reliquã eſſe ſuſpicatę ſi voluerint ob eam ſuſpitionẽ mũdũ de integro cõfirmare, inferiores erũt pro Stoicoꝝ ſententia, ſapiente illo qui decẽter vniuerſis ſublatis rem cum filiabus habuerit. Nec clãme habet, q; offenſi qdã filiarũ Loth pro audaci ea animi prõptitudine impiũ id facinus duxerint, nec ſecus & ex impio quodã cõcubitu, cũ Moabitarum, tum Ammonitarũ gentẽ conflatã eſſe affirment, ita vt execrationi obnoxia ſit. Et ſane vt in re eſt, nuſq̃ pro compẽrto habetur literas ſacras rẽ eam vt recte factã vel comprobaſſe, vel incuſaſſe vt praue, vtcũq; tamen ſe il-

lud habet,ad figuratiõē quouis modo dedu-
citur:habet em̃ qđ ſcđm ſe aliquatenus excuſe
A tur. Obiectur⁹ pręterea vt arbitror Celſus &
Eſau in Iacob maleuolentiã,hominis ſane pro
diuinarũ literarũ confeſſione non improbi:ex-
ponẽſq; Symeonis & Leui res geſtas, vt viola-
tæ ſororis iniuriã vindicarint,hos demum in-
cuſat:fratres vero,fratrem qui vendidiſſent Ia
cob filios dicit,& fratrẽ vẽditũ Ioſeph, & quẽ-
admodũ Iacob pater a filiis ſit circũuẽtus,quia
nihil eſſet de eorũ fallacia ſuſpicatus, qui ver-
ſicolorem veſtem ad ſe excuſandos noſcendam
proferrent: ſed eorum dictis præſtita fide, Io-
ſeph filiũ vt mortuũ deplorabat, qui in Ægy-
pto tunc ſeruitutem ſeruiret. Aduerte itaq;
quemadmodum liuore Celſus nõ veritate du-
ctus,ex hiſtoria hęc ipſa collegerit,ita vt quod-
cunq; viſum in ea eſt in crimen aliquod cede-
re,id ſtatim exponat:vbi vero Ioſeph illius di-
gnũ aliquod memoratu factũ occurrerit,vt cõ
tinentiæ & caſtitatis, quando nec precantis,
nec cõminantis amori aſſenſus eſt dominę,ni-
hil cõmeminit:pſertim cũ Ioſeph iſtius res ge
ſtas lõge ſuperiores ſpectemus,q̃ ea fuerint quæ
de Bellorophõte ſunt literis ꝓdita,vt q in car-
cerẽ includi maluerit q̃ pudicitiam pẽrdere, &
cum reſpondere criminanti is poſſet, & iure ſe
excuſare,aio tñ ingenti ſua deo pmittẽs rẽ taci
tam tulit.Deinde Celſus etſi obſcurius,de pin
cernæ,& piſtoris, & Pharaonis ſomniis, deq;
ſomniorũ interpretatiõe nõnulla cõmemorat,
& quo ſit Ioſeph e carcere tãdẽ ꝓuectus, vt in
Ægyptios ſibi pẽr Pharaonẽ ſit creditũ regnũ.
Quid igit hiſtoriæ narratio iſta in ſe habebat
abſurdi vt eam in partem Celſus calumniet,
qui veritatis inſcripſit ſermonẽ,non dogmata
exponentẽ,ſed Chriſtianos Iudæoſq; acrius cri
minantẽ? Nam & fratribus,inquit,qui ſe vendi
diſſent,famelicis,& cũ aſinis ad mercaturam di
miſſis,qui olim veniſſet gratificãdi gratia ne-
ſcio quid effeciſſe:cũ nihil interea quid illud
ſit patefaciat. Nec ſecus & fratrum recognitio-
nem apponit:qua in re qd ſibi velit haud ſatis
intelligo,nec qd abſurdius ex ea prætenderit.
Non enim(vt ita dixerim)vel ipſa calũnia hęc
poterit criminari, quæ vel omiſſa tropologia
B de ſe plurimũ valeant. Subdit pręterea,& q ad
ſeruitutem ſit venditus Ioſeph,fuiſſe libertate
donatum,& cum pompa ad patris ſepulcrum
rediſſe:& putat illud crimini cedere,ꝙ ſub Io-
ſeph ipſo Iudęorũ genus præclarũ illud & ſan-
ctius,in Ægypto diſſeminatum exteriora fue-
rit accolere iuſſum, & locis deſpectioribꝰ oues
depaſcere: qđ vtiq; ex odioſa quadã ſui animi
promptitudine Celſus ipſe ſubiecit. Ex Ægy-
pto autẽ Hebræi populi exitũ,fugę noie crimi
nat:cũ eorũ principium nil meminiſſet,quę in
Exodo ſunt literis commendata, de Hebræis e
terra Ægypti digrediẽtibus. Vel hęc qdẽ id- C
circo nos explicauimus, vt oſtẽdamus, etſi vt
tradita ſunt,ſint minus culpanda, alioquin &
incuſaſſe ea nunc Celſum & irriſiſſe,cum nulla
ratione cõfirmet qđ noſtris in literis praue di
ctũ exiſtimat:moxq; cũ ſeſe quaſi ei rei dunta-
xat addixerit,vt chriſtianorũ & Iudæorũ dicta
maleuolentia & odio inſecteť,Iudęos inquit &
Chriſtianos modeſtiores quoſdam ad allego-
riam eorũ dicta traducere:& cum iſtorum hos
pudeat,ad figurationes deniq; confugiſſe. Ad
hæc vero dicendũ,Si em̃ quę a maioribus ſunt
olim ſuſcepta,pudẽda & commẽtitia eſſe quis
dixerit & fabuloſa,vt quæ hoies vtcunq; opi-
nando conſcripſerint: quorũnam in hiſtoriis
magis q̃ Græcorum ineſſe has fabulas dixeris?
in quibus dii cũ filii ſint,parentes genitalibus
priuãt dũ ea præcidunt:& genitores dii, filios
deos deuorant:& dea mater pro filio patri ho-
minũq; deorũq;,lapidẽ tradit:& pater filię ad-
miſceť,& virum vxor vinculis coercet,aſſum-
ptis ad hũc coercendũ fautoribus,eius qui vin
ciret fratre & filia. Verũ quid mihi ſunt cętera
explicanda, quæ de diis græci hiſtoriæ prodi-
dere,etſi abſurdiora & pudenda,alioquin figu-
rationibus interpretata? Siquidẽ Soleus quidã
Chryſippus, q philoſophorũ porticũ & Stoico
rum ſectam multis cõſcriptis operibus ornaſſe
exiſtimať,qđ in Samo inſula erat inſcriptũ in-
terpretať,quo ſcripto Iunonẽ nefandis qbuſdã
facinoribus affeciſſe Iouem ądnotabatur. Inqt
em̃ ſuis in libris grauis ille philoſoph⁹ quẽad-
modum ſeminaria, dei verba vbi iam ſuſcepit
materia,in ſe ſuſcepta aſſeruet in omnium re-
rum ornatum. Materia enim iuxta Sami inſcri
ptionẽ Iuno eſt ipſa,& Iuppiter deus. Et idcir-
co ob iſtiuſmodi fabulas,& alia iſtis vel infini-
ta ſimillima,nec noie tenus Iouẽ volumus deũ
q cunctis pręſideat nũcupare,ſiue Apollinẽ, ſi-
ue Solẽ, ſiue Dianam, ſiue Lunã rerũ præſides
dicere:ſed cõditorem ipſum & verũ deum coli
mus, & eius opera laudamus, & diuinitatem
ne nominis quidẽ appẽllatione inficimus. Pla D
tonis dicta haudquaq; ſumus nos ſuſcepturi,
qui in diis denominandis voluptate afficitur,
dum illud ſic inquit, O Protarche, circa deo-
rum nomina ita afficior. Nos igitur & in vero
erga dei nomẽ,& eius pulcherrima opera ani-
mi ea ſumus affectione, vt ne ſub obtẽtu quo-
uis tropologicæ figurationis,fabuloſum quip-
piam in poſterorũ iacturã ſuſcipiamus. Q; ſi
æquius hæc ipſa Celſus perlegeret, nequaq; di-

xisset nil posse nostras allegoriam literas capere. Siqdē e pphetiis in quibus res gestæ scribunt, haud secus licebit ad altiora nos proue-
hi, ac solet historiarum ad historias prudētissime dispensatas, & figuris conscriptas, esse successus: ita vt multitudo ipsa credentium simplex, & ex aliis pauci quidam, qui ea accurati⁹ velint vel possint expēdere, id assequantur. Q̄ si hi forte qui iuxta Celsum hoc tempore, siue ex Iudæis, siue ex Christianis modestiores existimant, res ipsas essent interpretati, veri forsitan simile aliquid dicere hic videretur: cū vero dogmatū qui & auctores extiterint & scriptores, ad figurationes nostra hęc redigunt, qd aliud fuerit existimandū, nisi ita fuisse illa cōscripta, vt ad principalem aliquem sensum sub figuris
E explicarentur? Ipsi vero e permultis perpauca afferemus, vt ostendamus frustra ac temere Celsum nostram hāc carpere disciplinam, quasi hæc nequeat allegoriam admittere. Inquit igitur Iesu apostolus Paulus. In lege scriptum est, Non ligabis bouis os triturantis: Num de bobus cura est deo? an propter nos tātum hęc dicit? Propter nos enim scriptum est, inquit, Debet sub spe qui arat arare, & qui triturat sub spe fructus participandi. Et alibi: Scriptum est enim, Propterea relinquet homo patrem & matrem & adhęrebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna. Et rursum, Hoc mysteriū magnum est, ego autem dico in Christum & in ecclesiam. Et alio loco, Scimus autem q̄ patres nostri oēs sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. Deinceps exponens de manna rem gestā, & quemadmodum literis proditum sit, mirifice aquam e petra fluxisse, sit inquit, Et omnes hunc ipsum spiritalem biberunt potum: Bibebant enim ex spiritali consequenti petra, petra autem erat Christus. Asaph autem ille, Exodi historiam omnem & Numerorum affirmans prę se problemata & parabolas ferre, vt in Psalmorū libro describit, quos futurū erat vt repeterent in posterum homines, hunc in modum ordītur: Attendite populo meus legem meam, inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio, quanta audiuimus & cognouimus ea, & patres nostri annunciauerūt nobis. Accedit etiā, q̄ si Moysi lex, quod per latentiorem sensum pateret nil habuisset inscriptum: nunq̄ propheta inter preces & vota deo dixisset, Reuela oculos meos, & intelligam mirabilia tua de lege tua. Nunc vero callebat hic sane, velamen aliquod fuisse eorū cordi obtēsum, qui legendo nil mente conciperent, quæ de figuris iam dicerent: quod plane tunc dei munere demitur, cum eum exaudit, qui secundum se & omnia factitet, & ex habitu quodam sensus ipsos ad recti prauiq̄ discrimen exerceat, & orando id sedulo repetat. Reuela oculos meos, & intelligam mirabilia tua de lege tua. Quis F
autem qui draconem legat in Ægypti flumine victitantem, cuius in squamis & pisces nidificent: & e Pharaonis successibus oppletos esse Ægypti montes: non inde vt quærat inducitur, quisnam sit ille qui tantorum & suorum plane putridorum successuum compleat Ægyptios montes, quæve sint in Ægypto hæc flumina, de qb⁹ & Pharao iactabūdus sic inquiat, Et mihi sunt flumina, & ego feci illa! Quis p̄terea fuerit ad fluminis proportionē & draco, quive in eius squamis nidiculantes & pisces! Verū quid erit necesse, vt ea tam enixe confirmem, quæ confirmatione nil egeāt: quando ad hæc & illud dicatur, Quis sapiens, & intelliget hæc! Sed longior equidem in dicendo iam fui, cum vellem illud ostendere, non recte Celsum dixisse e Christianis & Iudæis nōnullos modestiores tētasse ad allegorias sua traducere: sunt enim eiusmodi vt allegoriā nil prorsus admittant. Sed aperte quidem & verius hæc ipsa G
commentus est Celsus: siquidem longe magis grecorum dicta non modo insipienter prolata, sed impie admodū cōficta sunt, non nostra quę vel simpliciora habent multitudinis rationē: quod vtiq̄ haudquaq̄ qui græca ista & fabulosa confinxerint, seruant: Idcirco non ingrate e sua republica abigit Plato istiusmodi commenta & fabulas. Videtur autē haud dubie Celsus audisse nonnulla literis tradita, quæ legis figurationes contineant: quæ vtiq̄ si legisset, nunq̄ quæ subsequuntur tam temere protulisset. Quęcunq̄ itaq̄ de his videntur iuxta græcos ad allegorias conscripta, & turpiora sunt fabulis, & plane absurdiora: cum ea quę coire prorsus nil queūt, mira quadā & penitus insentata stultitia iungant. Apparet autē de Philonis libris, vel hoc lōge vetustiorū ex scriptis hæc dicere, qualia Aristoboli sunt. Videre autem videor, aliorū libros nil Celsum legisse: siquidē & multis in locis sic assecutus illorū esse dicta appareat, vt ab his detorquere græcorū philosophos videat: quibus in dictis non solū elocutio insit, & sensa quędā pfundiora & dogmata, sed vsus etiam, vt putat Celsus, sacris ex literis fabulandi. Ipse vero cōpertū habeo Numenium Pythagoreū illū, pleriscq̄ de rebus q̄ Plato longe melius differentē, & Pythagoricę sectę tunc principē, suis in libris & sæpe Moysi gesta narasse, & prophetarū dicta nō sine veri similitu-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

dine interpretatũ,quemadmodũ in Epopi opẽ re,& libris aliis quos de numeris & loco cõpo suit,liquet:de bono autem,libro tertio, & quæ gesserit Iesus in partem exposuisse, etsi Iesu no men nil exprimat,& sub figuris quę fecerit ex planasse.Vtrum igitur sciens an imprudẽs id egerit, haud magni fecerim nunc explicare. Quin & Moysi & Ianes subsequẽtes & Iambri exponit idẽ ille historiã:nec tamen id ipsi glo rię ducim⁹, cũ alioquin hũc lõge magis q̃ Cel sum siue alios græcos suscipimus, q discẽdi stu dio & nostra voluerit idcirco inuestigare,quia & tropologiã admitterẽt,& non insulsa ei sint
A visa quę a nostris describerẽt. Post hęc Celsus aliorum ex scriptis allegorias, & aliarum rerũ narrationes nõ infacũde continẽtibus, viliora pleraq; colligens,quę vtiq; ob fidei gratiã sim plicioribus queant & multitudini satis cõdu cere,non tamen sapientiores mouere, sic sub dit,Papisci equidem nescio cuius & Iasonis al tercationẽ nõ modo irrisione dignã,sed odio & cõmiseratiõe existimauerim.Sed haudquaq̃ propositum est hæc coarguere:sunt enim cui uis notiora,& ei præsertim q patiẽtem se præ beat,& ferre æquo animo possit quę isti cõscri pserint:peruelim autẽ hoies edocere, nil quip piam deum creasse mortale, sed dei opera esse quęcunq; sunt immortalia, quæ vero mortalia fuerint,aliorũ esse.Et sane anima dei opificiũ est,corporis vero quædam est aliena natura: & hac ratiõe nullũ erit inter hominis corpus, & vespertilionis,& vermis,ranæq; discrimen.Est nãq; vna eadẽq; istorũ materia,& corruptio si milis.Ipse vero & illud optauerim,quicũq; Cel sum audiat tam acriter differentẽ,& affirman tem scriptum Papisci & Iasonis librum de Iesu diuersa sentire,eoq; illos esse & irrisiõe dignos & odio:vt libris hisce in manus desumptis pa tentius quæ in his continent aduertat,& illo rum eum scriptis Celsum condẽnet,vbi in his nec irrisione,nec odio aliqd dignũ inuenerit. Q̃ si æquiore qs animo Papisci & Iasonis scri pta plegerit, pfecto cõperiet nec risum moue re hũc librũ,in quo christian⁹ ex Iudaici, scri ptionib⁹ cũ Iudæo describit disputãs & plane demõstrans q̃ de Christo extãt & vaticinia Ie su ipsi cõgruere:cũ alioqn pter Iudaicę psonæ decus & dignitatẽ,alter & Christianus dicen
B do nihil insistat. Nescio autem quo pacto q̃ nec admisceri inter se possunt,nec in vnũ coi re in humana natura,colligens Celsus,librũ il lũ & misericordia dixerit & odio dignũ: siqdẽ quis eũ fatebit cuius misertum sit,odio haberi non posse, cũ interea sit miseratione dignat⁹: nec cõtra qui odio habeat misericordia condo nari.q̃diu hũc cæteri oderit,Enimuero idcir co Celsus sibi propositũ esse affirmat min⁹ hęc coarguere,vt praua sint & misericordia simul & odio digna:quia putet hęc eadem cũctis vel prius innotuisse q̃ illata sit iure reprehensio. Qui vero defensionẽ hãc nostrã aduersus Cel si ad nos criminandũ obiectiones conscriptã perlegerit,oro patientes velit nostris his scri ptis aures adhibere:& quoad ei licuerit ex his quæ scribuntur,& scribentium voluntatem,& conscientiam contemplari, & animi dispensa tionem & habitũ.Comperiet enim nimirũ his homines ardenter intentos,quæ semel suscepe rint:quosdam vero præ se ferentes,quemadmo dum rerũ gestarum, quæ & visæ sint & animo ipso cõceptæ,historia sit describẽda,tanq̃ quæ gesserint multi,admiratione sint digna,& lite ris idcirco tradenda vt audituris sint & poste ris profutura,An forte audeat quispiã dicere nõ omniũ cõmodorũ & sapiẽtię fontẽ & prin cipiũ esse,deo omniũ conditori fidem præsta re,& ea mẽte cũcta peragere vt mos illi & oĩb⁹ in rebus geratur, nec quippiã animo agitare, quod ei minus sit placitum! tanq̃ non solum pro dictis,factisve sed pro cogitatibus sit iudi cium cuiq; subeundum.Verum quinam alius dicendi modus ad recte viuendum humanam naturã cõcitatius duxerit ac fides ipsa!vel illũ mente & cogitatione sæpe versare, qui vniuer sis præsidet rebus deũ,& accuratius omnia cõ tueri,quę per nos vel dicuntur,vel fiũt,vel co gitãdo insuper admittunt! Sed proferat velim Græcorum quispiã iter aliud,qđ & simul ad re ctiora conuertat,& meliorẽ efficiat non modo aliquẽ vnũ vel alterum,sed abunde permultos. vt duabus his viis simul collatis,optime aliqs internoscat qđnã sit illud dicẽdi genus quod ad bonum instituat. Sed cũ Celsi dicta quæ= C
dam protulerim,quæ e Timæo ille desumpse rat,& Plato sic scripsit,& nos explicemus. Nũ deus mortale aliquid fecit,nisi ea dũtaxat quæ immortalia sunt! Extãt quidem & aliorũ ope ra,anima vero dei est opificiũ, corporis autem est alia quędã natura:nec vllum erit inter ho minis,vespertilionis,& ranę,& vermiculi cor pus discrimen:quippe quorũ sit & materia ea dẽ & corruptio similis.Sed de his age & pau cis aliqua cõplectamur, Celsum coarguentes, vel Epicuream eius sententiã nihil dissimulas se,vel vt dixerit quispiam aliquando tandem ad ea quæ potiora sunt hãc trãstulisse,vel Epi cureum deposuisse & cognomẽtum. Oportuit enim vt qui de rebus tantis decerneret, & no bis non solũ cõtradicendo aduersari iam desti nasset,& non ignobilem etiam philosophorũ

sectam a Cyttieo Zenone prodeuntẽ oppugnã
dam desumpserit:prius illud cõfirmando asse-
reret, quemadmodum deus nec animantium
corpora condidisset,vtq; tanta hæc circa ea so
lertia a prima mente minime prodiisset. Erat
præterea necessariũ,vt de Aphantasti & imagi
nationẽ minus recipiẽtis natura,quæ vni esset
subiecta,& de tã multis & variis plantis ad hu
mani generis necessitatem tam bene dispositis,
deq; paratis ad hominum commodum anima-
libus,& vtcunq; alias existentibus, non solum
discernendo dissereret,sed & illud doceret: vt
nõ perfecta mens aliqua, tã multiplices in plan
tarum materiam indiderit qualitates. Q; si se-
mel deos fecisset vniuersorum corporum cõdi
tores,quasi anima ipsa duntaxat dei esset stru-
ctura & opificium:cur postmodũ hæc quę con
dita essent partienti iam & permultis tradẽti,
nõ cum optimis rationibus licuit & deorũ di
uersitates asserere,vt alii quidem corpora hu-
mana pararent,quadrupedes alii,& ad speciem
atomorũ istorum nonnulli res conderent,& fe
ras bestias quidam? Fuisset autem factu id ne-
cessarium,vt qui draconum,aspidũ, basiliscо-
rũq; fabricatores intueretur,& alios item pro
singularum arborũ specie siue cuiusuis herbæ,
vt partitionum & causas explicaret: sic forte
vbi singula quæq;,vti & locus occurreret, ad
inquirẽdũ acrius se cõtulisset:vel deũ & vnicũ
obseruaret rerum omnium conditorem ad ali
quid esse, & rei cuiuspiam gratia fecisse hæc
singula:vel si id minus aduerteret,vidisset ta-
men quid esset sibi de indifferente iam respon
dẽdum, re quidẽ & suapte natura corruptioni
obnoxio:& q̃ nihil esset absurdius vt mundus
qui ex dissimilibus cõstitisset, vt vno quodam
sit artifice conditus,qui ad vniuersorum vti-
litatem specierum diuersitates parauerit: Vel
demum oportuit vt de tanto dogmate Celsus
nihil decerneret,si minus erat quę se docturũ
pollicebatur cõfirmaturus:ni forte nos crimi-
nando,quasi fidem exiguam promittentes sta-
re suæ sententiæ velit,tametsi nihil decernere,
D sed instruere duntaxat sit ipse pollicitus. Nec
sane penitus desperarem,si tolerantius ferret is
Moysi scripta,& prophetarum vaticinia audi-
ret:vel illud hunc animo concepturum, quid-
nam fecerit deus quod supra cælũ ac terrã, &
id quod dicit firmamẽtũ,luminariaq; & astra
sit constitutum, & deinceps supra cete gran-
dia, & animã omnẽ viuentem atq; motabilem
quæ produxerunt aquę in species suas:& omne
volatile iuxta genus suum, ac demum supra
hominem ipsum. Q; autẽ fecit cũ dicitur, ne-
quaq̃ ad alios spectare dicatur:sat fuerit de lu-
ce id protulisse,Et facta est lux: vt aquæ vero
permultæ coierint,id dictũ fecerit satis, Et fa-
ctũ est sic. Nec secus poterit & illud e terra ger
minãtibus dici,Protulit terra herbã virentẽ
& afferentem semen iuxta speciem suam,& li-
gnum fructiferũ faciens fructum, cuius semen
in semetipso secundum genus suum super ter-
ram. Et quæreret plane cuinam istiusmodi fue
rint iniuncta,vt singulæ mundi partes sic con
derentur:profecto nõ tã facile carperet, veluti
incomprehensibilia & quasi nullum habentia
recondituũ sensum,quæ de his per Moysen con
scribũtur,vel vt ipsi dixerimus,per spiritũ san
ctũ qui Moysi inerat,cuius instinctu hęc pro-
ferebat: siquidẽ longe melius atq; hi quos va-
tes dicũt poetæ,præsentia peruidebat, & futu
rorũ erat hic præscius. Cum vero & illud in-
quiat Celsus,Animã qdẽ op9 esse diuinũ, cor-
poris vero aliã esse naturã, & idcirco nihil in-
ter se habere discriminis tã hoĩs q̃ vespertilio-
nis & ranæ & vermiũ corpora: quippe quorũ
materia eadem sit,& corruptione simili cõpu-
trescat: Ad huiusmodi dicta sic respondebit,
E Enimuero si materia eadẽ in vespertilione,ra
na,& vermib9 homineq; subiecta est,ita vt ni-
hil ab inuicem differant istiusmodi corpora:li
quet ergo nec a solis vel lunę vel astrorum cęli
& quorũuis aliorum qui dii a græcis dicãtur,
corporibus,istorũ quæ diximus corpora quoq̃
pacto differre: siquidẽ eadem fuerit corporib9
cunctis materia propriæ rationi subiecta sine
qualitate & figura. Nõ enim sat patet vndenã
materia hæc qualitates iuxta Celsum sit susce-
ptura,qui dei opera nullã subire corruptionem
affirmet. Cuiusuis nanq; rei corruptio ex eadẽ
subiecta materia prodeuntis,necessariũ est pro
Celsi sententia vt suæ naturæ sit similis:ni for
te hoc Celsus in angusto compressus,a Platone
quidem desciscat,qui e cratere quodã animam
faciat prodeuntem:& ad Aristotelem illum,si-
ue ad Peripateticos ipsos confugiat,aerem, si-
ne materia affirmantes constare,& pręter cęte
ra elemẽta quintæ hunc esse naturæ:quorũ di-
ctis non instrenue tam Platonici, q̃ Stoici ob-
stitere,& nos item q a Celso cõtemnimur eni-
xe obstabimus:vbi explicãdum id exegerimus
& cõfirmandũ quod per prophetã ita pronun
ciatur, Cæli peribunt, tu autẽ permanes, & oẽs
sicut vestimẽtum veterascent:& sicut operto-
riũ mutabis eos,& mutabũtur:tu autem idem
ipse es,& anni tui non deficient. Sed satis sit
Celso his respondisse,animã quidẽ dei esse opifi
cium decernenti,corpus vero aliam esse natu
ram:cuius dicta id sequebatur,siue vespertilio-
nis,siue vermis,siue ranæ cuiuspiã corpus ni-

A hil esse vel ab æthereo corpore alienũ. Aduer te autem vtrum huic suis hoc modo sentẽtiis christianos calumnianti, sit accedendum disci plina posthabita, quę & differentias ꝓferat ob insitas corporibus & circa corpora qualitates. Non em̃ nos fugit esse & corpora quædam cæ lestia, quædam terrena: & aliam esse cælestium corporum claritatem, aliam terrenorũ: nec cæ lestium quidẽ eandem hãc esse & parem: siquí dem alia quædã solis sit claritas, alia siderum: & in his quidem sideribus ab astro astrũ clarí tate hęc eadẽ constet differre. Vnde & mortuo rum resurrectionẽ suscipientes immutari dici mus qualitates corporibus inditas: quãdoquí dem liqueat corporũ quædam in corruptione proseminata, in incorruptione resurrectura, q̃ vero in ignominia, in gloria vt resurgant futu rũ: quæ ĩ infirmitate, vt in virtute: & quæ de mũ corporũ animalia proseminãtur, vt spirita lia aliquando tandem assurgãt. Q̃z autẽ subie cta materia qualitatum sit ad conditoris arbi trium susceptibilis, quicunq; dei prouidentia regi mundum admittimus, & pro ipsius arbi tratu nutuq; asserimus fieri vt modo in illa materia sit vna aliqua qualitas, paulo post lon ge melior alia quædam & præstantior sit suc cessura. Sed cum cõstet & ad corporum immu tationes vias esse nonnullas, vel eo ex tempore quo mundus hic manet, & q̃diu est permansu rus: haud satis intelligo vtrum noua alia, post mundi corruptionem, quam nostrę literæ con summationem appellant, aliquãdo succedente via, & a prioribus aliena, minus sit demirandũ si in præsentia ex hũano cadauere serpẽs haud secus prodiens formam recipiat & oriatur, ac multi affirmant ex bouino occipitis cerebro aper, ex equo vespas, & crabrones ex asino, &
B ex plerisq; aliis vermes ꝓdire. Quod vtiq; Cel sus ad eius rei ducit cõfirmationem valere, ꝙ nihil istorũ dei sit opificiũ, sed qualitates ipsas nescio vnde sic constitutas ex istiusmodi fie ri: nec esse illud diuine ratiõis cuiuspiã opus, quæ in materia qualitates immutet. Quinetiã Celso animam asserenti opus esse diuinum, cor poris vero aliam quandam esse naturam, nec solum sine confirmatione aliqua hæc effundẽ ti, sed interminate, & cõfusius differenti: qppe qui nil explicauerit vtrum omnis anima dei sit opificium, an rationalis dũtaxat: sic respon debimus. Si em̃ omnis anima dei est opus, co gnitu promptissimum erit vel irrationabiliũ & vilissimorũ quorundam fecisse animas deũ: ita vt cuiusuis corporis constet aliam esse na turam atq; animæ sit. Videtur præterea & in subsequentibus Celsus, vbi bruta animantia deo charíora esse atq; ipsi sumus affirmat, vel diuinitatis mẽtẽ posse purius demõstrare: quã doquidem non hominũ modo, sed lõge magis & animaliũ rationis expertiũ animas deus cõ diderit: id enim quod dixit subsequitur, esse íl la q̃ ipsi simus deo acceptiora. Si em̃ rationalis duntaxat anima a deo condita est, primũ qui dem id nusq̃ aperuisti: secundo quia intermi nate, de anima sit, & nõ omni assertũ, sed ratio nali duntaxat, ꝙ dei sit opificium, nec cuiusuis corporis aliam esse naturã. Si autẽ non omnis corporis alia fuerit natura, sed singulorum ani mantiũ corpus ad animæ cõstet proportionẽ: perspicuum est vt cuius anima sit a deo crea ta, & corpus insuper ab eius corpore differat in quo inhabitet anima quã haudquaq̃ creauerit deus. Vnde illud falsum esse conuincitur, ve spertilionis seu vermis & ranæ corpus, ab hu mana corpore nihil differre. Fuerit em̃ & illud absurdius, si lapidibus lapides, & ædificia ædí ficiis, vel puriora dixeris vel forte impuriora, quia ad dei sint vel honorem constructa, vel ad vilissimorum corporũ receptaculum: a cor poribus autem corpora nullo interuallo dista re, si a rationalibus animis inhabitẽtur, vel nul la ratione vtẽtibus: & vtrũ præstantissimi viri hæc sint in domicíliũ nacti, an pditissimi: ple roscp vt auderent effecit, summorum virorum corporibus, quia animam solertiorem & pro bam susceperint, diuinitatẽ deferre: eorum vero vt despectiora haberent vel probro afficerent, qui improbissimi extitissent: nec quidem vt omnino id rectius fieret, sed quia e saniori quodam mentis conceptu principium sumpse rit. Num enim sapiens quispiam post Anyti ignaui hominis obitum, & Socratis viri sapiẽ tissimi: Anyti æque ac Socratis funus curaue rit, vel tumulũ erigat? Hæc autẽ ad ea protule rim, quę dixerat Celsus nec dei opera esse: cũ de corpore id ipsum haud sec9 sentiret humano, ac serpentiũ, siue bouis, ex quo & apes ꝓdirent: vel equi, cui9 corruptione nascerent & vespæ: vel demũ asselli, qui crabrones de se natos emit teret. Subdit prętera Celsus, & cõmunẽ affir C mat prædictorũ omniũ corporũ esse naturam & vnam, reciproca vicissitudine quadam eun tem & redeũtem. Vel ex superioribus quidem satis iam liquet, nõ solũ corporibus hisce, quo rum supra meminimus, sed & supercælestibus ipsis cõmunẽ esse naturam. Quod sane vtrum ita se habeat, vt iuxta hunc patet, etsi alioquin in vero an satis id liqueat nescíam, alternanti vicissitudine vnam ire atq; redire vniuersorũ naturam: constat tamen ex eorũ sententia qui mundũ corruptibilẽ faciũt, ita se illud habere.

Tentabunt qui minus hũc corruptibilem asse
runt,vbi quintũ corpus nihil admiserint,& il=
lud arguere:quemadmodũ eat simul & redeat
reciproca vicissitudine corporũ vna duntaxat
natura: sic itẽ & qđ dissoluitur suapte vi qua=
dam vt immuteť.Materia nanq; quæ subiacet,
qualitate deperdita perstat & residet,vt senti=
unt quidam,qui increatam hanc ipsam indu=
cunt.Q; si quis nõ increatã ostenderit, sed ad
vsum aliquem factã:perspicuum est non eandẽ
habere ad perpetuitatem naturam, quã vt in=
creata iam habuisset.Sed nequaq̃ hoc tempore
nobis propositum est de istiusmodi rerum na=
tura differere,cum potius sit Celsi criminatio=
D nibus occurrendum. Inquit præterea quod
a materia generetur esse nõ immortale.Ad qđ
respondebiť.Si eñ nil quippiã a materia gene
ratum est immortale,siue immortalis sit mun=
dus hic vniuersus, & nõ vt a materia prodiẽs,
nec ipse quidem res erit aliqua immortalis. Si
vero immortalis est mũdus,quod sane his pla
cet q animã dicunt opus esse diuinũ,& e quo=
dam cratere prodiisse affirmant: ostendat Cel=
sus non ex materia qualitate carenti, hunc cõ=
ditũ esse,cũ illud tutetur, quod ex materia gi=
gnitur esse non immortale.Cum autem ex ma
teria constet hic mũdus,haudquaq̃ est immor
talis.Quo fit vt si immortalis sit mundus, & il
lud in dubiũ veniat,vtrũ corruptibilis sit nec=
ne.Si corruptibilis tanq̃ dei opus hic corrũpe=
tur,deinde in ea mundi corruptione quidnam
actura sit anima dicat nũc Celsus:q; si immor=
talitatis inuertens hic sensum id dixerit, & si
corruptibilis sit,& alioquin nil corrũpať, im=
mortalem hunc esse constabit,tanq̃ qui mortis
sit susceptibilis,non tamen intereat: perspicuũ
est aliquid secundum se fore quod mortale sit
simul & immortale,quia vtriusq; sit susceptibi
le,& erit quidẽ mortale aliquid quod tamẽ nõ
moriať:& quod non natura sit immortale, qa
non moriať,sed p se dictũ sit immortale.In quã
ergo significantiam hęc destinans Celsus e ma
teria dixerit genitũ esse nil quippiam immor=
tale?Vides vtcunq; ipsius scriptorũ vel expres=
seris vel discusseris sensa,plane coarguãtur ni=
hil admittere quod probe sit ac strenue dictũ.
E Hęc vbi dixit iã Celsus,quæ insequunť subie
cit.De his autem satis sit ista dixisse, q̃ si qs &
audire diutius & inuestigare diligentius velit
intelliget.Videamus igitur nos qui iuxta hũc
insanimus,quidnam illud subsequeretur, si vel
ad breue eũ audire possemus,vel post hæc ipsa
& ea conquirere,quæ & huic ne paucis quidẽ
nec contemnẽdis sunt dictis,sed varie de vitio
rum natura quæsita,& multipliciter interpre=
tata:& hæc ipsa tamen perpaucis dictiunculis
putat se Celsus posse nos edocere sic inquiens,
Vitia aũt in rebus præsentibus,nec prius qdẽ,
nec in pręsentia,nec in futurũ, vel minora fiẽt
vel plura. Vna nanq; atq; eadẽ omiũ est rerum
natura,& vitiorũ semper idẽ est ortus. Vide= F
tur hæc Celsus ab his quæ in Platonis Theęte
to sunt literis prodita desumpsisse:apud quem
Socrates huiusmodi loquebať. Sed neq; vitia
ex hominibus vt deperdantur poterit fieri,nec
apud deos vt ista resideant. Verum apparet is
mihi Platonẽ nil rectius audisse,qui veritatem
hoc vno & suo volumine complexus est,& Ve=
ri sermonis titulo contra nos scriptũ id anno=
tauit.Ex eo nanq; quod dicit in Timæo,Cum
aũt dii terram aquis diluendo repurgãt:liqui=
do patet purgatã imbribus terram minus hoc
tẽpore vitiorũ habere ac olim habuerit,cũ nõ=
dũ esset illa purgata.Et id quidẽ iuxta Platonẽ
eloquimur,q; maiora fuerint priscis temporib9
vitia,qui in Theæteto suo affirmat, nil posse
ex hominibus vitia deperditum iri:nõ eñ in=
telligo quẽadmodũ ille cũ prouidẽtiã poneret
quantum potest ex libri huius quem scripsit di
ctis constare,neq; plura neq; pauciora,sed quasi
præfinita esse dicit hæc vitia. Vnde & dogma
illud pulcherrimũ sustulit,nullũ habere finem
nequitiã,& vitia itẽ suapte natura in infinitũ
procedere: & apparet id sequi, nec pauciora,
nec plura facta esse hęc vitia,nec esse quidẽ nec
fore:qa quemadmodũ pro eorum sentẽtia: qui
incorruptibilẽ esse mundũ tutanť, æquior ille
elementorũ status profectus a prouidentia sit,
nil permittẽte istorum aliquod vnũ plus quip=
piã cupere,ne mundus hic corrumpať:sic item
quasi prouidẽtia quędã inhibuit tantis vndiq;
existentibus vitiis, ne plura hæc vel pauciora
efficerẽtur. Quin & aliter ea q̃ de vitiis hisce G
Celsus cõscripsit a philosophis coarguunť,qui
de vitiis & virtutib9 permulta inuestigãdo dis=
seruerunt,& ex historia prętulerunt: quemad=
modũ olim meretrices psonatę & velaméto ob=
ductæ,extra vrbes sese ad merẽdũ abuti volẽti
b9 exponebãt:deide spreto demũ decore & vela
menta deposuisse:& cũ legibus vrbem ingredi
haudquaq̃ pmitterentur,extra vrbes versatas:
in dies vero,ex consuetudine, maiora parta li=
centia,vel vrbes iniisse.Hæc Chrysippus, cum
de vitiorũ & virtutũ introductione differeret,
tradidit:vñ tãq̃ vitiis vel multiplicatis vel im
minutis pcipi potest fuisse quondã q ambigui
sexus sunt nomẽ sortiti,publice pstituros, pa=
tiẽdoq; & agẽdo probro affectos, adeũtũ se li=
bidinib9 inseruisse,quos tãdẽ cẽsores abegerit.
Nec secus & infinita poterũt cõmẽorari ex ef=

fusioribus vitiis vitam hominum in posterum subiisse,quæ antea non extitissent.Si vetustissi mę itaq; historiæ,etsi innumeros quosdã incu sent qui in vita deliquerint, nefaria tamen pa trantes,nec vniuersos,nec singulos tenuerunt, quo pacto Celsus sic delirando non ridiculus arguat,cũ vitia opinet nec plura vnq̃ nec pau ciora fuisse patrata?Si enim vna & eadem fue rit vniuersorum natura,alioquin vitiorũ origo continenter eadem est haudquaq̃ omnino fu tura.Vt em̃ vel si eadem hominis cuiuspiã fue rit natura,nil tamen vel eadem semper hic sen serit vel dixerit quidem vel fecerit,nec verbum quãdoq; etiam admiserit, & cum verbo ad in dignationem veniat plærunq; necesse est,& ad hanc quidem vel remissius vel forte effusius: nonnunq̃ vero ad virtutem hic cõcitatus, vel ad maiorem profectũ vel minorem euaserit:ali quando & virtutem hanc ipsam adipiscetur, quæ in rerum contemplatione vel plusculum sit vel minus versata:Haud secus & longe ma gis de vniuersorum fuerit natura dicendũ,q; si vna concedatur,sit & eadem genere,non tamẽ circa eadem semper versat,nec vt eiusdem ge neris cõtingit in omnibus. Si quidẽ nec nascẽ tium rerũ vbertas siue sterilitas, neq; aquarum inundationes nec siccitates futuræ sunt semp, sic item nec animarũ præstantiorũ vt copia sit vel defectus,vel forte deteriorum vti plus mi nusve affluant,est constitutũ.Et est quidem vo lentibus omnia enixe & acriter perscrutari,de vitiis his asserẽdum:nequaq̃ esse eodẽ illa sta tu semp mansura,siue prouidentiæ gratia,quæ vniuersa seruet in terris,siue diluuiis & incen diis purget:& forte non solum quæ apud nos sunt,verũ & quæ fuerint vb iq;,hunc in modũ purificet,vbi passim increuerint vitia.Deinde
A Celsus sic infert. Quę vero sit vitiorũ natura, haud facile cognitu est minus philosophanti, verum sat fuerit ĩ vulgus id affirmari, nil vnq̃ vitiorũ a deo prodire. Materia aũt ipsa inhæ ret & vitiis inuersatur,& continenter a princi pio aduso; finem persimilis est mortaliũ circũ actio,& pro statutis quibusdam reuolutionib9 necesse est eadẽ & fuisse semp, & esse & futura esse.Et Celsus quidẽ vitiorũ affirmat naturam haud facilem esse perceptu minus philosophã ti,perinde ac facile queat qui philosophetur, vnde vitia hæc oriantur pernoscere, qui vero nil sapientiæ studeat non facile possit quemad modum illa gignantur inspicere, etsi alioquin scire id insudando hic valeat.Ad hæc vero di cturi nos sumus,nec philosophanti quidem fa cile fore vitiorum originem nosse, nec alios forte aperte hanc intelligere posse, nisi inspira tione quadam diuina,vbi quænam sint pro vi tiis habenda demum aperiatur:& quemadmo dum qs illa subierit,& quo pacto poterũt abo leri clari9 ĩnotescat.Pro vitiis itaq; vt dei igno rantiam ducere sit necesse, ad hæcq; & vitium illud summũ accedere,vbi ignoretur quomodo deus & concíliandus sit & colẽdus,nil prorsus qui iuxta Celsum philosophantur intellexe runt: quod vtiq; ex variis philosophorũ sectis & opinionibus liquet.Iuxta nos autem nemo q non intelligat,vitiũ esse,diuinũ cultũ & pieta tem existimare perinde ac legibus quibusdã sal uari,quæ sint in ciuitatibus instituę:nec ortũ quiuerit malorũ dignoscerẽ,nec quemadmodũ cum eo sit qui diabolus nũcupatur,& eius an gelis actũ: quisve hic priusq̃ diabolus efficere tur fuisset,& quomodo sit diabolus redditus, qd præterea causę fuerit cur & vna cũ eo desci uerint qui angeli vocarẽtur : haudquaq̃ istorũ poterit tenere vitiorum originem. Oportet au tem qui hãc aliquãdo sit cognitur9,vt optime animo complectatur quæ de dæmonibus con stant,& q; non vt dæmones sint a deo creati,& vti rationabiles olim sint conditi,& vnde id il lis contigerit vt tales efficerentur,& vt dæmo num mẽtem subirent. Si quid igitur vnq̃ hu manarũ rerum indagatione indiguit, & nostrę naturæ fuit captu difficile: in his erit profecto & vitiorum origo annumeranda. Exin haud B secus ac quædam haberet quæ de vitiorum or tu,vel nefaria duceret velut tacitus ea præter iens,& multitudini congruere potius hęc ipsa fatendo:subiecit satis esse iam dictum quo ad multitudinem spectat,de vitiorũ origine:quẽ admodum ex deo nil mali prodierit,& materia hæc inhærendo inter mortales versetur. At ipe equidem illud pro vero asseuerauerim , ex deo mali nil quippiam prodiisse , & iuxta Hiere miam id esse perspicuum ita dicentem,Ex ore domini non exibunt quæ mala sunt, sed quæ bona . Materiam vero mortalibus inuersari, & malorum esse hanc causam , haudquaquàm verum esse nos affirmamus : siquidem mens ipsa,cuiq; causa est in se subsistentis quæ ma lum id præfert nequitiæ: atqui mala hæc fue rint,quæ a malignitate prodeunt actiones , & hæc præter,ad nostram sententiam, vt certius exprimatur,nihil vsq̃ est mali. Sed sane intelli go huiusmodi dicta, cum opera , tum confir matiõe plurimũ indigere,nec secus & dei gra tia animũ ei illumĩnãre, qui ab se sit dignior habitus vt quæ hoc loco dicuntur pernoscat. Nescio tamen quo pacto optimum visum est C Celso suis scriptis nos insectãti, dogma quod dam insumere, cui multis sit opus vel appa-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

rētibus argumētis,vtcūq; licuerit id affirmantibus,a principio ad calcem vsq;, vt ipse affirmat,mortales æque oēs & pariter circumagi, & pro institutis reuolutionibus necesse fore vt eadē illa & facta sint,cōstentq;,& sint demū futura.Qđ vtiq; si verū esse qs astruat, vel qđ in nostra est potestate iam tollit:nā si pro institutis reuolutionibus fuerit necesse vt eadem sint semper effecta,& in presenti iam constēt,& sint semper in mortalium circūactione illa,futura: perspicuū est fore omnino, vt Socrates semper philosophetur,insimuleturq; & vanæ superstitionis,& perinde ac iuuētutis corruptor:Anytus vero ille & Melitus nequissimi delatores hūc semper incusent, & Areopagitæ deniq; cōsultores vt cōtinēter sentētiā ferant vt Socrates veneno intereat.Haud secus & Phalaris ille cogēt assiduo tyrannidem exercere, & Pheræus Alexander sedulo desæuire,& qui Phalaridis tauro adiudicātur in hoc perpetuo.emugire.Quæ quidē si vt vera forsitan admittant, haudquaq; satis constabit quo pacto id possit quod in nostra est potestate seruari, & merito id cōsequetur,vt hæc vel laudet,vel improbet quispiam.Nec secus si similis est a principio ad exitū vsq; mortaliū hęc circūactio,& pro institutis reuolutionibus fuerit id necessarium, vt eadē illa & facta sint olim,cōstētq;,& futura in posterū sint:erit etiā & illud necesse, vt Moyses ipse cum Israelitico populo iterato ex Ægypto excedat:& iterato ad vitam vt redeat Iesus,eadem illa facturus,quæ non semel hoc modo,sed millies ex periodis istis iā fecerit. Quin & Christiani sunt illi iidem pro reuolutionibus his institutis futuri,& Celsus ipse librum hūc ipsum quem scripserat antea, alias est atq;
D alias sæpius conscripturus. Celsus igit mortaliū duntaxat periodū per statutas reuolutiones necessario dicit & fuisse semper,& esse,& fore: Stoicorum vero plæriq; non solum mortalium periodum hunc esse affirmant, sed & deorum secundū se immortaliū:siquidem cum incēdia sint infinita iam facta, & futura sint infinita: ordo hic idem & dispositio a principio adusq; finem & fuerit iuxta hos semper,& sit continēter futurus necesse est.Et tētātes quidam qui e Stoicorum sunt porticu, moderari eorum vtcunq; licuerit argumēta:nescio quo modo assimiles per quenq; periodum omnes iis astruunt fore,qui in prioribus periodis extitere: ita vt non iterato Socrates fiat, sed similis quispiam alius Xantippem ducat vxorem, & ab Anyto Melitoq; simillimis sit incusandus. Sed nescio equidem quo pacto mundus quidem idem sit semper,nec alter alteri similis: quæ vero in eo esse iam cōstat,nō eadē sint,sed simillima. Verum quæ Celsi dictis huiusmodi, & Stoicorū in primis sunt respōdenda:facilius in aliis vbi inciderit mentio conquirentur: quandoquidē neq; secundum id temporis,neq; pro his quæ ad presens exequi propositum est, longior esse in dicendo velim. Ait præterea Celsus,nec E ea quæ oculis exposita sunt & visuntur,fuisse homini tradita,sed vniuersorum salutis gratia & gigni singula & interire, iuxta eam quam dixerat alternam vicissitudinem. Et sane supuacaneum est istiusmodi rerum confutationibus immorari, quas supra (vt licuit) exposuimus:siquidem ad id quod Celsus intulerat,nec bona,nec mala inter mortales,vel pauciora fuisse,vel plura effecta,satis iam diximus.Nec secus vbi & ad illud respondimus, nil oportere vt denuo deus quæ fecit castiget: neq; quemadmodum mortalium quispiam, aliquid mancē,& imperfectius struxerit,vel inscite quippiā condat,ita & deus corrigat mundum,quem diluuio siue incendio sit euersurus: sed coercet hic potius, ne abundantior ille nequitiæ fluxus latius serpat. Ipse vero existimauerim vel miro quodam ex ordine, & vniuersis vt conferat,deū nequitiā sublaturū:quæ demum sublata vtrū in posterū sit homines subitura necne,alias vbi primum occurrerit differet. Libet igitur deo vt denuo corrigat,peccata castigando resumere. Nam etsi omnia illi optime sint & tutissime ex vniuersa hac rerū structura disposita:fuerit ei alioquin necessaria medēdi ars q̄dā,q̄ nequitiæ morbo laborātib?, & vniuerso mundo ex ea perinde coinquinato mederi possit.Et sane nihil hic per negligētiā prętermisit neq; prætermissurus est,quo minus aliqđ agat quod se deceat in versatili mundo hoc facere. Et quemadmodum agri cultor pro variis anni temporibus,& varia facit agriculturæ opera, terram vel excolendo, vel repurgando quæ in ea exoriuntur: Sic deus tanq̄ annos quosdam vt ita dixerim,secula cuncta dispensat & moderatur,per hæc singula exequens quæ ratio ipsa deposcit vniuersorū:ita vt hæc p se dumtaxat,vti in vero est,apertissime qđē & statim cōprehensa traducat ad finē. De vitiis autem & alia intulit Celsus huiusmodi. Si em̄ inqt, F quippiam tibi nequā videt, necdū tamen vtrū ita sit an minime liquido pateat: profecto nil nosti,vtrum tibi an alteri cuiq̄ vel vniuersis sit id cōducturū. Et habet quidem pēsi aliquid & moderati id dictū:nouit enim & prauorum naturam non prorsus improbā esse,qa quod vitii ineſſe in singulis existimat,conferre oībus possit. Verū ne quis haud recte id ceperit,& idcir

co immorandi inueniat causam, tanq̃ nequitia cunctis sit ꝓfutura, vel ea possit vtilis esse: dicẽ dum erit, vbi illud fuerit quod in nostra est singulorumq; potestate, seruatum, haud dubie rectius vt cuncta disponat & moderetur, vel improborum vsurus est nequitia deus: nimirum qui hos vt cęteris necessarios in medium statuat, etsi culpa nil vacent mortales, vt vniuersis sint documento: & ex istorum improbitate rectiores clarius innotescant. Et Paulus qdem Iesu apostolus edocẽs ad cõmunem necessitatem vel perditissimos facere, & hos qdẽ apud seipsos abominabiles fore, & optimos quosq; mirifice singulis conducturos, & peruersorum de causa, vt probi optimo loco constituãtur futurum, sic inquit. In magna autem patrisfamilię domo, nõ solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & alia quidem sunt in honorem, alia vero in ignominiam. Si quis igit purificauerit seipsum: erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino, in omne opus bonum paratum.

A Hæc autem ad ea vt dicerem necessarium fore existimaui, q̃ Celsus hunc in modum intulerat. Et si tibi vitium esse aliqd videat, nondum tamen vtrum sit vitium liquet: non enī tibi sat constat vtrum tibi an alteri cõferat, ne forte ex his occasionẽ ad peccãdũ quis nactus, pinde ac delinquendo vniuersis sit profuturus. Sed cum Celsus minus intelligat quę de deo pro humanis affectibus exprimunt, carpit hęc plane & ca uillat, & ea pcipue in quibus & irascẽtiũ voces in impios, & in pctõres comminationes edunt. Dicendum erit, q̃ quẽadmodum ipsi, vbi cum pueris minutioribus oborta nobis est disceptatio, non nostras dicendi vires attendimus, sed illorum imbecillitati nos ipsos accõmodantes, non solũ his consentanea fabulamur, sed ea etiã facimus, q̃ ad puerorum vident emendationem sat facere & illis non parum conducere: sic item & dei verbũ videt quæ supra sunt dispẽsasse, ꝑ auditorum & viribus & vtilitate dimetiendo, quæ decenter denunciarit. Quẽadmodum vero quæ ad deum spectant denuncientur, in Deuteronomio sic ꝓferunt, Portauit te dominus deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum. Quasi humanos mores deo sacra scripa imponunt vt hominibus conferant. Non enī erat multis necesse vt deus personam sibi effingeret ꝑ eius vt dignitate istos alloquereť. Sed quib⁹ curæ est sacras literas apertiores efficere, compturi proculdubio sunt spiritalia spiritalibus nũciari, vbi sic dictorum sensa cõtulerint, vt quęq; vel ad ifirmiores habeť, vel ad solertiores quosdam denunciant: & ita, vt in vna sępe & eadem dictione id vtrunq; inesse ei appareat, qui audire hanc nouerit. Iram igit dei nos dicimus: non B tamen irasci illum assueramus: & vsurpatum id esse, vt qui permulta commiserint, castigẽtur, dum grauiter & trucius arguuntur. Q; autem Dei ira dum nuncupat, vel vbi dicit furor, castiget, idq; diuinæ doctrinæ plibeat: ex eo liquet quod in sexto Psalmo sic dicit, Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Et item in Hieremia, Corripe nos domine, sed in iudicio, & non in furore. Qui vero in libro Regum secundo, dei iram perlegerit, Dauid ipsi persuadentem vt populum suum recenseat: & in Paralipomenon primo, diabolum, & inuicem istorum dicta examinando expendat, plane videbit qua in re sit ira hæc constituta, cuius & filios, Paulus homines omnes reddítos esse affirmat: sic inquiens, Eramus olim filii iræ, sicut & cæteri. Q; autem non ira Deus afficiatur, sed singuli delinquendo sibi hanc vendicent: Paul⁹ idem in his patefecit, Num diuitias bonitatis eius & patientię & magnanimitatis cõtemnis? ignorans quoniam bonitas Dei te ad pœnitentiam ducit: secundum autem duritiem tuam, & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicii Dei? Verũ quo pacto quis poterit in die irę iram sibi thesaurizare, si iram pro affectu animi quodam & passiõe acceperis? vel quomodo querit iræ affectio hæc castigare? Non enim vel sacra dicta quæ minime irascendum esse commonefaciũt, & in sexto iniungunt & trigesimo Psalmo. Define ab ira, & relinque furorem. Et in Paulo illud edicunt, Deponite & vos omnia, iracũdiam, furorẽ, odium, blasphemiam, turpiloquium: hũc irę affectũ deo accõmodassent, a quo nos prorsus velit exi mere. Liquet sane de ira hac dei fuisse tropolo C gice explicatũ, quando & de eius somno id literis prodit. Propheta nãq; veluti e somno hunc excitans, Surge, inquit, qd dormis domine? Et rursum, Et surrexit tanq̃ dormiens crapulatus a vino. Si itaq; hoc loco aliud quippiã somnus iste designat, & non id qd ī promptu ex dictione accipit: cur non item & ira intelligat, & cõminationes insup ea prætendant, quę denunciẽtur his occursura, qui praue vitam hanc degũt? nec secus acsi & cõminari qs diceret medicũ cũ ægro illud inclamat: præcidam te equidem, & inustiones mox adigam si meis legibus minus obtemperaueris, vel ab his illisve haud quaq̃ abstineas, vel te non ita vt iniunxero gesseris? Non itaq; humanos affectus deo annectimus, nec impie de eo sentimus, neq; errore aliquo ducti, sacris adinuicem scriptionibus examinatis, quæ de deo narrãtur proferimus. Nec sane alicui est illis propositum, qui diuinam hanc prædi-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

cant disciplinam, nisi pro sua virili vt audito-
res a stultitia vindicent, & sapientiores efficiãt.
D Exinde Celsus cum minus intelligat quæ sunt
de Dei ira conscripta, sic subdit. Num enim nõ
ridiculum fuerit: si homo qdem Iudęis esset ira
tior, hos funditus sustulisset, & absumpsisset in-
cendio, ita vt nulli vspiam essent: deus vero ma
ximus ille (vt ipsi affirmant) & iratus, & furẽs,
& minabundus, filiũ suum demittit, qui tanta
sit demum perpessus! Enimuero vbi Christum
Iudæi his affecerunt quæ in eum sunt vt face-
rent ausi, & sublati sunt funditus, & incendio
cõflagrarunt: nec ex alia ira, nisi ex ea quam ipsi
sibi thesaurizassent, perpessi hæc sunt, & Dei ad-
uersum se quodam iudicio, diuino ex constitu
to iam facto, quod vtiq; more quodam patrio
Hebręorum, ira nũcuparetur. Et sane perpessus
est Dei filius volens pro salute mortalium, quẽ-
E admodum supra (vt licuit) diximus. Posthęc
Celsus sic inquit. Verum ne de Iudæis dunta-
xat (non enim id affirmauerim) sed de vniuer
sa natura, quod fueram pollicitus, dicendum sit,
apertius quæ supra dicta sunt, demonstrabim9.
Quis autem qui moderatior sit, & ista perlege
rit, & humanam imbecillitatem satis iam calle-
at: non huius comprimat impudentiam, qui de
vniuersorum natura polliceatur redditurum se
rationem! & haud secus in his insolescat, ac ali-
as fecerat cum & librum veritatis titulo anno-
tasset! Sed videamus quænam sint ista quæ de
quauis rerum natura ostensurum se pollicetur.
Permultis enim deinceps nos criminatur, quia
hominis gratia Deum fecisse vniuersa dicam9.
Nitit enim ex his quę de animalibus ipsis nar-
rantur, pro sui ingenii (vt putat) acumine,
non magis hominum q̃ brutorum animãtium
causa vt condita fuerint hæc omnia, demõstra-
re. Et mihi sane videtur hic haud aliter dicere,
ac solent, qui eos quos oderint, ob inimicitiam
earum rerum insimulent, in quibus sibi aman-
tissimi quidam collaudantur. Siquidem ea vt in
re hos odium cæcat ne videant sui se amantis-
simos his incusare, quibus & carpere inimicos
existimant: sic item & Celsus mente confusus
nihil aduertit, vel Stoicos se philosophos cri-
minari, qui nil praue hominem ipsum & ratio-
nalem deniq; ipsam naturam, brutis omnibus
anteponũt: quin potius hominis præcipue gra-
tia dicunt prouidentiam omnia condidisse. Et
arbitror equidem, q̃ quemadmodum qui opso-
nia, & forum procurant, quos Epiphoros dici-
mus, non alterius rei de causa nisi hominum, id
curæ suscipiũt, tametsi & canes, & animãtia ple
raq; rationis expertia, vænalium huius copię re
rum participent: ita & Prouidẽtia in primis ra-
tionalibus prospicit, cum illud mox sequitur, &
cætera animantia eorum in partem vt veniant,
quę parata sunt humani generis gratia. Et quẽ-
admodum fallitur qui fori procuratores nõ ho
minibus magis q̃ canibus ipsis prospicere au-
tumat, quando & canes vænalium rerum copia
perfruuntur: sic item lõge magis & Celsus ipse
& cæteri qui cum ipso eadem sentiunt, in Deũ
impie agunt rationalibus prouidentẽ, cum in-
quiunt. Cur hæc hominibus in cibum potius fi
ant, q̃ plantis arboribusq;, hærbis ac sentibus?
Putat enim in primis non Dei opera esse, toni-
trua ipsa & fulgura imbresq;, apertius iam Epi-
cureos ipsos sectatus. Deide sic subdit: Vel si gs F
concesserit Dei esse hæc opera, alioquin nõ ma
gis mortalibus nobis hæc ipsa parantur in ci-
bum q̃ plantis, arboribus, hærbis, & dumis: for-
tuito & non ex prouidentia, vt verior Epicur9
accidere ista permittens. Si enim non nobis po
tius q̃ plãtis arboribus hærbisq; & sentibus hęc
vsui fuerint, perspicuum foret nec a prouiden-
tia ista prodire: vel si a prouidentia dixeris, ea
tamen quæ nostri non magis q̃ arborum, plan-
tarum, dumorumq; & hærbarum curam susce-
perit prouidentia prodiisse constabit. Vtrunq;
autem impium hinc esse arguitur: & huiusmo-
di obuiam dictis ire huic obsistendo qui nos i-
pietatis insimulat, stultius fuerit: siquidem satis
ex his quæ dicta sunt liquet, quisnam sit impie-
tatis coarguendus. Deinde sic inquit. Et si hæc G
dixeris hominum causa nasci, plantas, arbores,
hærbas, & dumos: cur hominibus potius nasci
hæc affirmaueris q̃ brutis & efferatissimis ani
mantibus! Fatetur ergo aperte nunc Celsus, hãc
tãtam rerum varietatem in terra nascentiũ, p-
uidentiæ esse non opificium, sed ex atomis co-
euntibus tanta hæc extitisse, & ea coitione tot
plantarũ & arborũ species hęrbarũ & fruticum
inter se similes esse vt nulla ex arte vel ratio ipa
hæc confirmauerit: neq; vt a mente ipsa princi
pium duxerint quicqd miraculi est excedente.
At nos Christi legem sectantes q illiusmodi cõ
didit, deo hęc accensemus, & has gratias dicim9
fabricanti, q̃ tale nobis parauit edulium, nec se-
cus & nostri ob gratiã, vel his q nobis inseruie-
unt aialibus: q pducit aiantibus fœnũ & hær-
bã seruituti hoim: educẽs panẽ de terra, & vi-
num vt lętificet cor hoĩs, & exhilaret faciem in
oleo, & panis cor hominis confirmet. Q si vel
efferatissimis beluis & cibos parasset, nil mirũ:
siquidem & hæc animantia vel philosophanti-
um alii idcirco condita fuisse dixerunt, vt ho-
mini exercitationem & negocium exhiberent.
Nec secus & quibusdã in locis e nostris sapiẽti-
bus quidã ita cõmonefaciunt. Non enim dixe-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ris,cur hoc,cuiusve illud gratia effectũ est:sunt
A enim cuncta ad vsum aliquem facta. Deinde cũ
velit Celsus non nobis potius diuinam prouí-
dentiam q̃ efferatissimis bestiis,quę nascuntur
e terra fecisse:sic infert. Nos igitur laborãdo &
calamitate semper affecti,vix & summo cum la
bore iam alimur:brutis vero animantibus, nec
sata quidem,neq; exculta,cuncta & passim exorí
untur. Nil tamen hic conspicatus, quẽadmodũ
vbiq; Deus humanam velit sapientiam exerce-
ri,ne vel ociosa hæc torpeat,vel inexcogitabilis
ad artium inuentionem permaneat: indigẽtem
hominem fecit,vt ob eius indigentiam opificia
cogeretur excogitare: partim ob cibi necessita-
tẽ,partim ob tegumentorũ & vestiũ qbus ope-
riret. Siquidẽ his longe satius fuerat,qui nec es-
sent conquisituri diuina,nec his studiũ impen-
suri,vt rerum afficerentur pœnuria,& ita ad ar
tium inuentionem sapientia vterentur : q̃ si ex
abundanti omnium copia,vt diuites & opulen
ti,sapientiam demum negligerent. Earum itaq;
rerum carentia quæ ad vitam sunt necessariæ,
hunc illũve confirmauit, vt partim agros exco
lendi modũ excogitaret:partim vineas pastinã-
di,partim hortos plantandi & irrigãdi,partim
ædificia fabricandi & æra cudendi & ferrum,e
quo & instrumenta artibus futura his vsui con
flarentur quę ad victum necessaria compararẽt.
Operimenti vero necessitas & textrinã induxit,
sutrinamq; & fullonicam adinuenit,& architec-
turam edocuit: & hoc pacto altius euecta est sa
pientia. Eorum vero q̃ ad vitã necessaria sunt,
indigentia demum effecit,vt quæ aliis in locis
gignunt,nautica ad eos arte deueherentur,qui
illis carerent. Fit itaq; vt iure quis queat Dei
prouidentiam admirari,quæ præter bruta ani-
mantia,rationale animal,vt ei conduceret, mul
tarũ rerũ fecerit indigere: quandoquidẽ q̃cunq;
sunt rationis expertia,escam in promptu habe-
ant & paratam,vt quæ nullam nacta sint ad ar-
tes occasionem,& naturale acceperint operimẽ-
tum:nam vel setis obducuntur, vel pluma, vel
vellere operiuntur & squamis. Et his quidẽ sat
fit respondisse,quę Celsus hunc in modum in-
tulerat. Nos vero insudando & calamitate affe
cti vix alimur:brutis vero animantibus,nec sa-
ta quidem,ne plane exculta,e terra passim exorí
B untur. Post hęc Celsus propositi sui oblitus,qđ
vtiq; erat vt Iudæos & Christianos insimula-
ret : subinfert Euripidis iambicum a sua sentẽ-
tia alienum,& temere quod ille enarrat inuadẽs
haud secus & criminatur ac praue aliquod dí-
ctum. Celsi vero ista sunt verba. Si enim Euripi
dis illud attuleris, Solẽ confestim ac noctẽ mor
talibus inseruire:cur potius nobis q̃ formicis &
muscis ista inseruiat? Illis siquidem ad quietem
nox fit:dies vero vt videant & operentur. Patet
autem nec Iudęorum nec Christianorũ aliquos
dixisse vnq̃ solem nobis vel cęlestia iseruire, sed
iuxta quosdam & Scænicum philosophũ quem
piam Anaxagorę de rerum natura philosophã-
tis auditorem assueraſſe, ex vno aliquo homí-
ne rationali se illud complecti, quæ vbiq; sunt,
vt cæteris ratione vtentibus seruiant, quod itẽ
vel Euripidis dicto significet, cum solẽ iquit &
noctem inseruire mortalibus. Vel forte ex sole
& Tragicus ille quia faciat lucẽ,diem denomí-
nauerit: plane cõmonefaciens diei & noctis ví-
cissitudine, quæ infra lunã sunt maxime indi-
gere:cũ id minus ita se habeat,sed quę sup ter-
ram sunt hac potius egeant. Dies itaq; noxq; i-
seruit mortalibus, & rationalium gratia sunt
hæc instituta. Q; si formicæ & muscę interdiu
operando, & noctu conquiescendo his item fru
untur quę hominum sunt gratia facta, haud ta
men formicarum vel muscarum de causa dicen
dum est noctem diemq; factum: sed vt mortali-
bus dũtaxat prouideretur. Quin & illud Celsus C
subiungit. Si quis enim nos diceret eo in besti-
as habere imperium,quia alia animantia venan
do captemus:& item his ipsis vescamur: respon
surí id sumus, quin potius illorũ fuisse nos cau
sa factos,quandoquidem & nos illa plærũq; in-
ter venandum arreptos mox vorẽt. Accedit etí
am q; ipsi quidem ad hæc comprehendenda, &
retibus & hominum multitudine,& canibus i-
digemus:illis vero natura in promptu contu-
lit arma,quibus nos sibi facile subdãt. Vides vel
hoc loco vt in magnum præsidium tributa no
bis sit sapientia,& quibusuis armis quis feræ be
stiæ muniuntur,validior? Nos igitur qui beluis D
hisce sumus infirmiores,quia & breuiores eas
nonnullis statura,sapientia tamen has ipsas per
uincimus, & tantę molis elephantos venando
comprehendimus,ita vt quæ ex feris his animã
tibus sunt ad seruitutem idonea, nostrę obœdi
entia mansuetudini faciamus: quæ vero ex ser-
uitute videtur nil nobis vsui fore : sic nostra cũ
securitate constringimus,vt vel incluſa cum li
buerit habeamus, & occidamus dum nobis ex
eorum corporibus sumẽdus est cibus, nil secus
ac cætera quæ nihil in se habeant feritatis. Con
stituit itaq; cõditor ille rerum,vt rationali huic
animanti & eius innatæ sapientiæ cũcta subíi-
cerent. Quo fit vt plerisq; in rebus canibus no
bis sit opus,vt ad ouiũ vel caprarum vel armen
torum tutelam,& domus custodiam: ita & bo-
bus,vt in excolenda terra,& sarcinariis item q-
busdam iumentis ad onera deferenda vtamur.
Nec secus ad proseminati in nobis roboris ex-

ercitationem,leones,vrſos,leopardoſq́, & ſues,
& cætera id genus animantia oblata fuiſſe tra-
D ditur.Deinde Celſus ſic homines ipſos affat̃,q́
& ſui gñis excellentiam norint,& quantum cæ
teris p̃ſtent intelligunt.Ad illd̃ enim quod ipſi
fatemini,a deo vobis pmiſſum fuiſſe vt & tolle-
re,& trucidare beſtias liceat: dicturi ſumus par
eſſe vt id olim licuerit,priuſq̃ vel ciuitates con
ſtruerent̃,vel adinuenta opificia eſſent, vel ho-
mines in vnum coirent, & armorum nondum
eſſet vel retium vſus: ſic homines ipſi vel rapti
a beluis vorabant̃,cum illę p homines nuſq̃ cõ-
p̃hẽderent̃.Aduerte aũt,q́ ſi vel beſtias ipſas ſuſ
tulerint homines,vel homines ipſos corripiant
beluæ: longe tamen vt plurimum differant qui
p ſapientiam vicerint, & quæ ferítate & imma-
nitate deſæuiendo hos ſuperent qui minus va-
leant ſapientia,p̃cauendo ne qd a beſtiis patiã-
tur.Illd̃ vero q́ priuſq̃ ciuitates cõſtruerẽt̃,& ar
tes eſſent inuentę,& hoïes ſimul coirent,p̃dixit:
eius eſſe exiſtimo,qui ſit plane oblitus quæ ſu-
pra commeminiſſet, vt mundus ſcilicet & in-
creatus & incorruptibilis ſit, & illi duntaxat q
& diluuia eſſent & conflagrationes olim perpeſ
ſi,non omnes in hæc mala inciderint. Vt enim
proferre nequeunt qui mundum increatum exi
ſtimant,mundi principium:ſic item nec temp⁹
quo nec ciuitates fuere,nec eſſent adhuc artes in-
uentæ.Sed eſto vel ipſi ab eo nil diſcrepantes vt
hæc concedamus,cum ſuis tamen hic dictis nil
correſpõdeat.Quid igit̃ hoc ad id fecerit,quod
Celſus idem hic dixerat,vt tum primum homi
nes a beſtiis rapti deuorarent̃,cum min⁹ inter-
ea ab hominibus beſtię caperent̃?Si enim p̧ pui
dentiam factus eſt mundus, & Deus cũctis tũc
p̃ſidebat: erat omnino neceſſe vt qui in huma-
nis tũc agerent,vbi primum eſſe cœperunt,ali-
quo p̃ſidio munirent̃ quod a potioribus q́buſ-
dam p̧diret,ita vt a principio ſit diuina natura
mortalibus ipſis admixta. quod vtiq́ Aſcræus
poeta ſat callens,ſic inquit. Communes tũc epu
lę erant,communes & ſedes immortalibus diis,
cum hominibus ipſis mortalibus.Et ſacra qui-
dem iuxta Moyſen ſcripta,& hos induxerunt q́
priores Dei vocem exaudiſſent & vaticinia, &
angelos ſæpe viderent ad ſe ventitaſſe. Par em̃
eſt,vt in mundi primordiis humana natura plu
rimum haberet p̃ſidii, quoad demum ad aliquẽ
p̧fectum euecti,cũ ſapientiæ,tum cæterarũ vir-
tutũ,tum artes excogitandi,p ſe hoïes poſſent,
& vitã hãc ducere, ne curatoribus ſemper ege-
rent,& qui ſe inſtituerent,cum mira aliqua rer̃
earum facie & demonſtratione, quę p Dei arbi
tratu miniſtrarent̃.Ex his autẽ illud conſequẽs
eſt, falſum eſſe omnino q́ in principio a beſtiis
homines ipſi abrepti,in eſcam his cederẽt̃,cum
nihil interea ab hominibus beſtiæ caperentur.
Nec ſecus p̃ſpicuum eſt vel illud quod p Cel- E
ſum inferẽt̃,mendacii poſſe coargui, q́ homines
Deus beluar̃ ditioni ſubdiderit. Nõ em̃ beluis
ſubiecit homines Deus:ſed hominum ſapiẽtiæ
beſtias ipſas pmiſit,vt captu faciles eſſent:& ip-
ſis inſup artibus,quę hac ipſa ex ſapiẽtia aduer-
ſus has pararent̃.Non enim ſine diuino quodã
inſtinctu, & ſe homines a brutis hiſce & effera
tiſſimis animantibus tuebant̃,& hæc peruince
bant.Neſcius autem,& nil plane aduertens,ſtre
nuus iſte, etſi multis philoſophis prouidentiã
diuinam illam rationalium gratia feciſſe omia
aſſerentibus: vel p̃cipua quædam quantum in
eo fuit,idcirco ſuſtulit dogmata, quia cum his
conuenire ad ſapientiæ ſtudium Chriſtiana re-
ligio videbat̃:nec plane intelligit quantũ iactu-
ræ fiat,dũ verus intercipit̃ cultus, ſi illud ſuſci-
pit̃,q́ a formicis & apibus apd̃ Deũ nil differãt
homines:iquit enim, Idcirco differre homines F
a brutis vident̃,quia & incoluerint ciuitates,&
vtunt̃ republica,magiſtratibuſq́ fungunt̃. Qd̃
vtiq́ ad rem minime facit. Siquidem apibus &
duces ſint quos & ſequant̃,& curent: ſint p̃ter-
ea bella,victorię,deuictorũq́ fugę,& ĩternicioẽs:
ſint ciuitates,ſuburbia, & operum ſucceſſiones,
aduerſuſq́ ignauos prauoſq́ & iura.Nã & abi-
gunt fucos, & pœnã afficiunt. Et ſane neq́ in
his quidem hic vidit quidnam ſit inter ea diſ-
criminis,quæ ratione & rationali natura gerũ-
tur, & quæ rationis inſtinctu quodam & tenui
opera fiunt:cum nulla his ratio inſit, qua que-
ant quæ fecerint capere: quippe cum nihil ha-
beant apes in ſe rationis. Vetuſtiſſimus autem
& Dei filius ille ſubſiſtentium omnium domi-
nus,naturã ratione carentem idcirco effecit, vt
tanq̃ rationalis his p̃ſidio eſſet quæ nulla ſunt
ratiõe digna. Ciuitates itaq́ apd̃ mortales mul
tis artibus conſtiterũt & legibus, & inſtitutis,
reſpublicæ item & magiſtrat⁹,& huiuſmodi cæ
tera vtcunq́ & p̧prie nuncupent̃,iter hoïes ſũt
confirmatæ. His itaq́ haud parum itenti q re-
ctius leges ſanxerũt,optimas conſtituere reſpu-
blicas,nec ſecus & p̃fecturas,& magiſtrat⁹,quo-
rũ in brutis nil vnq̃ potuit iueniri. Tametſi Cel
ſi rationales rerũ nũcupationes, & rationalibus
attributas,ciuitates dico,& reſpub. & magiſtra
tus,vel formicis & apibus aperte detulerit,cum
ad hæc munera nec formicæ, nec apes vſpiam
admittantur,vt quæ non ex animi quodam cõ-
ceptu hæc faciant.Sed naturã ipſam diuinã mi
rabimur,quæ vel aduſq́ bruta illud prouexerit,
vt pleriſq́ in rebus ratione præditos imitentur.
Et forte id egit, vt multis vel ratione vtentib⁹

perſpicuum eſſet exemplar, vt formicarum intenti operibus & rem ipſi gerendam aggrediãtur,& parta iam ſeruent:& apum vbi mores cognouerint,& ducibus pareãt,partianturq; optima reipub.ad ciuitatum ſalutẽ negocia.Et forſitan apum certamina,ad iuſtiora & bene diſpoſita prælia ineunda ſunt documento,ſi vnq; gerenda eſſent mortalibus: nec tamen apibus vel vrbes ſunt,vel ſuburbia:ſed aluei,& adglomerata examina,& domo abacta:ita vt ad hominum vſum & operentur,& quę importanẽ ſuſcipiãt, ſiue ad corporũ affectoꝝ curationẽ hi melle vtãtur,ſiue lautiorẽ in cibũ. Nec ſane ſunt quæ ab apibus in fucos geruntur,cum iudiciis his conferenda & pœnis q̃ aduerſus eos edunt, qui prauе in vrbibus & per inertiam degerint. Verum (vt ſupra iam dixi)naturã in his admirabimur ipſi diuinã:& ſuſpiciendũ eſſe hominẽ affirmabimus, qui poſſit q̃ vniuerſorũ ſunt ſupputando animo ipſo cõplecti, & ornamentũ his indere,ne prouidentię ſolũ diuinę opera exequatur,
A ſed ſua.Cum vero fecerit Celſus de apibus formiciſq; mentionẽ,vt nõ modo Chriſtianorum, ſed & cęterorum hoim,cum ciuitates,tum reſpublicas,tũ pfecturas & magiſtratus,tũ q̃ p patria gerũt & bella extenuet: ſubiũgit deinceps, & apum laudes explicat,vt illis collaudatis hominũ diſpenſationem in cibis quærendis,& curam deniq; cauillet,& iſtoꝝ futurę hyemis prænotionẽ contemnat:perinde acſi non plus quippiam habeant,q̃ formicę rationis expertes,quibus & ineſſe prudentiã putat.Quem enim ſimplicium hominũ q & rerũ omniũ naturam vel aduertere neſciant vel contemplari,quantũ ĩ ſe eſt,Celſus non prorſus auertat,ne opem his ferat q ponderibus opprimunt,& laborũ ſe participem offerat:dum de formicis hæc narrat, vt
B inuicem ſe oneribus leuent,& vbi ſi quã laborã tem cõſpexerint plane opitulent?Dicet nãq; rudior aliqs,etſi forte vel inſtruentib⁹ aliis eruditur,cum de ſe nihil aduertat.Cum igit a formicis nihil ipſi diſtemus,vbi graui põdere laborãtibus aliis opem tulerimus:cur incaſſum id agimus?quando nec formicæ quidem vt ratiõe carentes,gloriæ quę ipſæmet factitent duxerint,ſi hominum operibus comparent? Homines vero q ob inſitam rationem noſſe ſat poſſunt vti eorũ cõmunicata officia tandem viluerint, offendẽt fortaſſe ſi Celſum eius & dicta aduerterint:qui ſane nil videat dũ a Chriſtiana doctrina dehortari hos velit qui ſua ſcripta perlegerint,quemadmodum vel gentiles ipſos ab officio pietatis detorqueat, ne prorſus ſuccurrant grauiſſima onera perferentibus. Oportuit autẽ ſi philoſophi is fungebatur officio vt percepta communi vtilitate,cum vellet in Chriſtiana religione quæ prodeſſe viderentur hominibus ſimul euertere: vt & bona quę communia Chriſtianis cum cæteris mortalibus iudicaret, extolleret, ſi fieri poterat, & operam his ſimul impenderet. Q̃z ſi ſemina & ex his editos fructus deponunt formicæ ne diſpergantur, & maneat his in annum quo veſci queant: haud tamẽ ea mente id facere illas exiſtimandum eſt, ſed naturam ipſam id operari, quæ vel bruta exornat,vt eſt rerum omnium parens, & ex ſe nil penitus,nec minima quidem prætereat, nec vllum patiatur ſuæ rationis veſtigium intermittere.Ni forte clam velit p hęc Celſus(ſolet nãq; Platonem in plurimis imitari) perſimilem eſſe omniũ animam,nec quicq̃ ab ea hanc ipſam differre,q̃ formicis inſit & apibus:quod vtiq; eius fuerit,qui animã e cæli conuexionibus ad hũanum non ſolum corpus traduxerit,ſed vel in cętterorũ impegerit animantiũ corpora. Cui opinioni Chriſtiani homines nihil aſſentiuntur, vt qui perſuaſum iam habeant ad imaginẽ Dei eſſe hominis animã figuratam, vt videant plane fieri non poſſe,vt quæ ad imaginem Dei vel natura ipſa ſit condita,penitus queat ſui ipſius characteres abolere, & alios neſcio quos demũ reſumere,q brutorum quorũdam imaginem p̃ferant.Sed cũ perfunctis vita formicis,q̃ ſuperſtites fuerint,ſeorſum inquiat Celſus locũ decernere,& hunc his eſſe pro patrio more ſepulcrũ dicendũ: quo plures ratione carentibus aggeſſerit laudes,eo magis vel ſe inuito, rationalis naturæ opus exaugebit,quæ vniuerſa exornet, & humanam ſolertiam patefaciat, quæ oratione queat brutorum animantium exornare affect⁹.
Celſus vero cum ſentiat nec rationis eſſe experC tia q̃ ad cõmunem omniũ opinionẽ bruta vocant,nec formicas duxerit ratione carere:is inquam q de vniuerſorũ natura dicturũ ſe pollicetur,& veritatem libri iactat inſcriptione, de formicis,tanq̃ mutuo ſermone vtentibus,iſtiuſmodi ſubdit.Et ſane quidem dum ſe offendunt & diſputant,& colloquũtur: quo fit vt nec via aberrent.Erit igit & perfecta apud iſtas oratio, & de ſumma rerũ quarũdam cõmunes ſententię & editę perinde voces,& exiſtentia q̃dam & ſignificata.Fit enim per vocẽ alterna hęc diſceptatio aliqd prę ſe ferentẽ ſignificãtiæ, de hiſq; & pleraq; denũciantẽ,q̃ accidẽtia dicim⁹:& hęc qdem vel formicis ineſſe fateri,cur non præ cæteris fuerit irriſione digniſſimũ?Nec verit⁹ tamen his addere, quæ poſteris patefaciant ſuoꝝ dogmatum fœditatem.Age,inquit,ſi quis e cęD lo in terram deſpectet, quidnam huic apparebit diſcriminis inter ea quæ ipſi geſſerimus, &

quæ per formicas & apes gerantur! Enimuero qui iuxta Celsi ſuſceptam materiam e cælo in terram deſpexerit,& mox quæ p homines fiũt aduertat,& quæ per formicas aganť & apes: nũ vbi in hominum corpora & formicarũ & apiũ ſupne hic intenderit oculos,non hos ratiõe duci mentep & cogitatione moueri intelliget! illas vero & temere agi quocũp ipetus tulerit,& nulla cum ratione,ſed imaginatione duntaxat, & naturæ inſtinctu quodam deferri! Sed fuerit quidem abſurdius, vt qui e cęlo ad terras demiſerit oculos,ſi hominum,formicarum,& apiũ,e tanto interuallo corpora duntaxat velit inuiſere,non longe magis mentis aiorũp naturas inſpicere,& motuum ipſorum originẽ, vtrũ rationalis an ratiõis illa ſit expers. Qz ſi motionũ & impetus fontẽ qs ſemel ſit cõtẽplatus,haud dubie & horũ diſcrimina internoſcet,& quantum homines ipſi p̃cellant:ita vt nõ modo formicas & apes hi longo interuallo excedãt,ſed elephantos & maiora hmõi aiantia:cũ aliogn qui e cælo ad inferiora iſta obtutũ deflexerit,in brutis q dem,etſi ingenti ſint corporis mole,nullum ſpectabit ineſſe primatũ,niſi irrationalitatẽ (ita vt dixerim) quandã:in his vero vt rationalib9, rationem,quę vtiq; cum diuinis & cæleſtib9 ipſis vel cũ deo cõmunis eſt homini,quippe q ad dei dicit imaginẽ factus: ſiqdẽ dei imago,q cunctis
E preſidet rebus,eius eſt verbum.Cæterũ cũ mortaliũ genus deprimere in multis cõtẽdat,& brutorũ ſimillimũ reddere: nec de his p̃terire quippiã velit qđ ſit hiſtorię p̃ditũ,& maiora quædã p̃tẽdat, vel magicã brutis qbuſdã ieſſe artẽ affirmet,& ne forte hanc ſoli homines iactent, & in ea nolint bruta hęc anteire:ſic ſubdit. Qz ſi qd hoies magicis carminibus ſapiãt,iam ea in re ſapientiores ſunt longe ſerpentes & aquilę: norũt eñ p̃multa,q & venena decutiant,& mala propulſent:accedit etiã & lapidũ quorũdam vt calleant vires,ad nidi & pullorũ ſalutẽ: quæ quidẽ ſi hoies aſſequanť,mira quædã adeptos ſe arbitrenť.Primũ qdẽ neſcio quo pacto brutoꝝ aiantium in phyſicis hiſce medelis,ſiue peritiã, ſiue naturalem conceptum,magicã dixerit, quaſi in aliis id magici nominis plane defierit: ni forte clam velit,vt Epicureus,carpere iſtiuſmodi reꝝ & vſum, tanq̃ in magorum hic pollicitationibus conſtet.Sed concedať vt in eius artis cognitione hoies inſoleſcãt,ſiue in ea ſint peritiores, ſiue minus periti: verũ quo pacto vel ea in re ſapientia ſerpẽtes excelluerint homines,quia fœniculo ad oculos exacuendos,& citatiore motu vtuntur, cum id natura tantum illis ſit inſitũ, non vt mente & cogitatiõe eã rẽ aſſequanť,ſed inſtinctu naturę quodã id agãt! Homines vero non ex ſimpliciore ipſa natura, vt deduci ſerpẽtes ſolent,ad iſta deueniunt,ſed experientia partim,partim doctrina, & coniectura plerunq; vel arte. At aquilas dixeris, Aetiten lapidẽ ad pullorum ſalutem repertũ,ad nidum p̃ferre. Sed vndenã illud! num quia ſapientiores ſunt aquilæ! vel quia hoies ſapientia antecedãt,qui expiẽtia quadã adminiculum illud, quod aquilis eſt natura tributum,animo & cogitatione inuenerint,& cõſiderate vtanť! Eſto præterea vt & alia quædã beſtiis innoteſcãt,quæ ad medelã miriſice iuuent:quid igit ad illud id fecerit, cũ non natura ſit horũ inuentrix ſed ratio,quæ talia in brutis ipſis deprehẽderit! Si enĩ ratio vt beluis inſita hæc inueniret,non in ſerpentibus duntaxat illud comperiret.Inſit p̃terea ſecundum aliud quippiã aquilæ,tertiũve,& aliis item & cęteris animantibus,vel ſi placet,quęcũp ineſſe hominibus conſtat: eſt tamen ex eo perſpicuum quando ex conſtituto pro cuiuſq; bruti natura & adiumenta conſentanea ſunt, nec ſapientiam illis ineſſe,nec rationem,ſed naturalẽ inſtinctum ſalutis gratia quempiã,per rationẽ his inditum. Qz ſi in his vellem cum Celſo ſen- F
tire,Salomonis illud ex parabolis mox ipe producerẽ.Quatuor ſunt minima terrę,& ipſa ſũt ſapientiora ſapientibus:formicę,populus infirmus q p̃parat in meſſe cibũ ſibi: lepuſcul9 plębs inualida,q collocat in petra cubile ſuum:regem locuſta non habet,& egreditur vniuerſa per turmas: ſtellio manibus nitit,& morať in ædibus regis.At nequaq̃ dictis his vtimur,pinde aperitioribus,& ſatis patentib9, & inſcriptioni huic conſentaneis:inſcribit enim liber Parabolæ:ſed tanq̃ ænigmata iſta cõquirimus. Eſt nãq; viris hiſce conſuetudo,vt cũ aliud ex ſcriptione ipſa prætulerint,aliud latentiori ſenſu deſignent, in ſpecies multas hæc ipſa diſpartianť: e quorum numero,ſat eſſe parabolas cõſtat.Idcirco in euãgeliis ſcribitur,Saluatorem noſtrum hæc tradidiſſe.Hæc in parabolis locutus ſum vobis, venit hora vt non vltra in parabolis loquar vobiſcum.Non igitur ſenſibiles iſtæ formicæ ſapientiores ſunt ſapientibus, ſed qui in prouerbiorũ perinde ſpecie demonſtranť. Nec ſecus poterit & de cęteris animãtibus dici. Sed ſimplicia admodũ & rudiora exiſtimat Celſus,quæ cum Iudęi tum Chriſtiani literis p̃didere:& putat qdẽ qui illa interp̃tanť,vbi id egerint,ſcribentiũ voluntatẽ violẽtius corrupiſſe. Ex his igit arguit, Celſus fruſtra nos carpere, & eius deniq; ſermo falſitatis conuincitur de aquilis & ſerpentibus habitus,quo illos decernit hoĩbus eſſe prudentiores, & ſapientia hos anteire. Vult præterea multis diuinitatis cognitionem oſtendere p̃ter

cæteraanimantia,homini non esse præcipuam,
sed brutorum esse nonnulla,quæ vtiq; quę Dei
sunt norint:de quo tam varie senserint vel per-
spicaciores illi & summo ingenio viri,qui vbiq;
A terrarum tam Græci q̃ Barbari extitere. Vnde
sic inquit. Si enim homo diuinæ mentis est ca-
pax, & idcirco præcellere cæteris animantibus
existimaſ:intelligant qui hoc ipsum fatenſ, vel
alioꝝ animalium pleraq; esse quę sibi id vendi-
cent,& iure quidem. Quid enim quispiam di-
uinius esse protulerit,q̃ futura p̃noscere, & lon
ge hæc ãte significare? Id igiſ homines ab aliis
animantibus & auibus præsertim ediscunt:& q
cunq; illarũ portenta intelligunt, vates dicunſ
& augures. Si aues itaq; nos & animalia quæ-
uis alia,ex deo vaticinantia,futurorũq; præscia,
ex signis commonefaciũt:eo magis apparet ef-
fecta hæc esse deo ꝓpinquiora, sapientiaq; polle
re,& illi itẽ esse gratissima. Ferunt aũt & q in-
ter homines sapiũt, & collocutiões his esse,vel
nostris qdem longe plurimũ sanctiores, & eorũ
nihil hæc fugere quæ gerant,& de re ipsa p̃fer-
re quẽadmodũ fiũt cognitionẽ:qđ vtiq; p̃dicẽ-
do g̃multa aues ipsę affirmãt, vti & verba q se
consulant fecerint,& cuiusmodi fecerit, & quo
se cõtulerint,hoc illudve vt facturi deniq; sint.
hęc sane aues vel delapsu quodã,& volitatu,vel
garritu p̃monstrãt. Elephãtis vero nil sancti9 eẽ
videſ,nec erga deos,vel fide,vel pietate maiori:
nimirũ q diuinitatis habeant notionẽ. Aduer-
te aũt quẽadmodũ vel ea q̃ cũ apud Græcos,tũ
apud Barbaros quęsita sint,siue hæc ipsa hi ad-
inuenerint,siue a dæmonibus qbusdam didice-
rint,quæ de auguriis & aliis animantibus phi-
benſ,a quibus portendi nõnulla hoĩbus & p̃di-
ci Celsus affirmat. Et in primis quidem q̃situm
est,vtrũ augurandi ars vlla extaret:& vtrum p
bruta hæc deniq; vaticinia fierent,an minimeꝫ
Secũdo apud eos q per aues vaticinia fieri pos-
se admittunt,nil cõuenit queadmodũ fiant. Si-
quidem p dæmones partim, siue p deos, quorũ
est vaticinãdi id munus, motus illos affirment
in beluis fieri,& auib9 item ad varios volitat9,
& varias voces:in cæteris vero vt sese istorsum
illorsumve moueant: partim autem & mot9 fie
ri his longe diuiniores:ad quos & illud accedat
q̃ accommodatiores ad id sint istiusmodi ani-
mãtiũ animi,quod prsus est incredibile. Opor-
tuit autem,si in vero hęc senserat Celsus,vt pla
ne ostenderet quemadmodum bruta hæc ani-
mantia diuinitatis in se plus quippiam & sapi
entiæ q̃ homines ipsi haberent,& pluribus con
firmaret magicã artẽ subsistere, & aptius qbus
id tueret, & clarioribus argumentis mõstraret,
& explicatius arguẽdo eorum dicta qui istius-
modi vaticinia tollerent,improbaret:nec secus
& hos refutaret qui a dæmonib9,siue diis affir
ment ad vaticinandum bestias concitari:& de-
mum astrueret has ipsas,etsi rationis expertes,
animum nactas esse diuiniorẽ. Sic forte & nos
eius psuasionibus,si quid tãtis in rebus philoso
pho dignum præ se tulisset,inhęsissemus, con-
futãdo quidem animãtia ipsa ratione carentia,
hominem posse sapientia superare:falsitatis ve-
ro coarguẽdo,diuinitatem hæc magis q̃ ipsos
nos sapere,& sanctiora inter se habere colloquia.

Nunc vero q nobis in crimẽ ascribit q̃ in de B
um vniuersorum p̃sidem credim9:dignum du-
cit vti & illud credamus,auium animas fuisse&
mentem nactas longe magis diuinã & clariorẽ
q̃ homines habeãt:qđ vtiq; si verũ est,habitu-
rę sũt ergo & aues clariores de deo sensus q̃ ha
beat Celsus. Nec sane mirum si ea in re Celsum
aues puicerint,q hoiem ipsum tã enixe extenu-
et & paruifaciat. Quinetiã quãtũ in Celso fue-
rit,aues ipsę mentis diuinitate atq; præstãtia,nõ
solum nos Christianos,& Iudæos simul excesse
rint,qui nobiſcũ eisdem scriptis vtunſ: sed eos
etiã qui apud Græcos theologi extitere. Diui-
nitate ergo iuxta Celsum auium genus præstã
tiorem longe naturã acceperit q̃ Pherecydes,
vel Pythagoras ipse,vel Plato:& nimirꝫ adeun-
dę nobis aues fuissent: perinde ac instructrices,
vt suis nos vaticiniis quæ futura sũt edocerẽt:
sic item & mortalibus ipsis ambiguitatem oẽm
de diuinis adimerent,cum de his sentẽtiam p-
merent,quæ clarius cõcepissent. Celsum igitur
existimantem ab hominibus sic aues differre:il
lud plane subsequiſ,vt auibus duntaxat vtatur
magistris, non alio quouis apud Græcos philo
sophãtiũ. Nobis vero ad ea quæ proposita sunt,
pauca e multis dicenda fuerint, coarguentibus
opinionem nõ minus ĩgratã q̃ falsam, in suum
conditorẽ cõceptam. Homo nãq; Celsus cũ sit,ĩ
honore cum esset non intellexit: & idcirco nec
cum auibus cõparandus est, & pecudibus aliis,
quibus putat vaticinandi vim quãdam ineſse:
sed illis potius de primatu cõcedẽs,enixius lon
ge q̃ ipsi Ægyptii, q bruta q̃dã vt deos adorãt,
seipsum subiecerit,& quãtũ in eo est,vel vniuer
sum hominũ genus,tanq̃ de diuinitate illi dete
rius sentiant q̃ senserint aues,ratione carentiũ
ditioni suppositum. Sed in primis (ingt) illud q̃ C
raſ,cõstet ne p aues & cęteras animãtes,q̃ & fa
tidicę esse credanſ,ars ista vaticinãdi,an mini-
me? Non em̃ cõtẽnẽda sunt dicta,quæ possunt ĩ
vtrãq; partẽ ꝓferri. Fit itaq; vt illud nonnunq̃
admittere vereaſ,ꝓ rationale sit aĩal, pro dęmo
num vaticiniis: & his demũ posthabitis haud
quaq̃ auibus ipsis vtaſ: nõnunq̃ vero multorũ

apertioribus testimoniis dicit fuisse q̃plurimos maximis idcirco periculis liberatos, quia fidem
D auguriis præstitissent. Sed concedatur impræsentiarum cõstare auium hæc auguria, vel hoc pacto id opinantibus, & ea iampridẽ captis opinione: ostenderim equidẽ longe plurimum hominem brutis animãtib⁹ & vaticiniis hisce superiorem, nec quoq̃ pacto hunc esse cum his cõferendũ. Nam si qd bestiis ineſſet diuinæ naturæ futura p̃sagientis, & quę tã affluẽs esset & copiosa, vt abũde & volẽti cuiq̃ futura denuncia ret, pfecto habita prius earũ rerũ q̃ se pertingerent ratione, p̃cauerent ne ea aduolitarent qua ad se captãdum homines pedicas & laqueos posuissent, & sagittas maxime deuitarent: & aquilæ, item iam præsciæ pullis insidiatum iam iri, siue per angues ad hos perdendi ob causam euadentes, siue per homines, vel ad ludibrium illos, vel ad medelam capturos: nequaq̃ nidificarent, vbi esset futurum vt pullis pararent insidię: vel nullum denicq̃ huiusmodi animantium ab hominibus capi tam facile posset, quippe quę ho-
E mines diuinitate & sapientia anteirent. Q̃z si & alites bellũ inter se gerũt (vt Celsus ingt) & naturã habent augurales aues diuinam, & sine ratione animantia, diuinitatis & sensum, & futura p̃noscunt, quæ omnia iam supra exposui: haudquaq̃ Homericus passer eo esset in loco niditulatus, vbi futurum erat vt draco, cum se, tũ pullos deperderet: nec rursum, vt poeta idem affirmat, & draco nil præcauisset ne per aquilam raperetur. Num igitur aquila duntaxat erat fatidica? Draco vero, quandoquidem hoc animante augures ipsi vtuntur, nequaq̃ erat futuri iam p̃scius? Cur ergo, vbi in integro est quod elígi possit: non vtriq; arguãtur fatidici? Non eñ draco si fuisset fatidicus non sibi cauisset ne ab aquila hęc illave pateretur. Possunt vel innumera alia produci exempla, quib⁹ id astruatur, animantibus hisce & brutis animam minus ineſſe quæ in se vaticinãdi vim habeat. Sed iuxta poetam hunc ipsum, Olympus multos mortaliũ in lucem emisit, & Apollo ad aliquam significantiam accipitre vtitur nuncio: nimirum Apolli-
F nis celer is dicitur nuncius. Iuxta nos vero prauos constat esse hos dęmones, & vt ita dixerim Titanicos, siue giganticos quosdam erga verũ Deum & cælestes angelos ad impietatem redactos, & e cælo præcipitatos, & circa corporum crassiora in terra hac volutari, aliquam nactos de futuris cognitionẽ, vt qui terreis sint hisce corporibus liberi, & in eo versentur, vt plane p̃uelint humanum genus a vero deo seducere. Vnde & animalia subeunt, siue quæ rapaciora sint & agrestia, siue quæ cautiora & vafra, ita vt hæc & pro arbitrio concitent, & quouis tempore libeat istorum imaginationes & animi impetus ad volitatus & motus aliquos vertant, vt homines auspiciis capti quæ his ineſſe crediderint, nec deum qui cuncta complectitur q̃rant, nec verum cultum expendant, sed tota mẽte in terram procũbant, aueſq; & dracones, vulpes insuper & lupos sectent. Siquidem per idoneos quosdam sit obseruatum, efficaciores rerum p̃notiões per huiusmodi animantia fieri: perinde ac in domestica cætera & hominib⁹ assueta non eam vim habeãt dęmones, quam in effe-
rationibus habent, quæ ob vitiorum similitudinem, si dici vitia possunt quæ istis ingenita sũt, ad facinus omne exercent. Vnde si quid vnq̃ in G
Moyse sum demiratus, vel illud dignum miraculo duxerim, q̃ vbi animalium naturas nouisset, siue quę de istis traduntur, ex deo perdidicisset, calleretq; item & quę dæmonum sunt, & vt cuiq; animãti hi essent propinquiores: siue ipse sapiẽtia quadam prouectus, ea compererit quæ de animantibus ipsis definiuntur: omnia quidẽ dixit esse immunda quæ apud Ægyptios & cęteros hominum vaticinandi vim habere creditur, & omnino mundiora illa existere, quæ non istiusmodi forent: ita vt inter immunda habeãtur apud Moysen lupus, & vulpes item & draco, aquilaq; & accipiter, & huiusmodi alia. Nec solum in lege, sed in prophetis etiam hęc comperturus es animantia, ad pessima prorsus exempla fuisse desumpta: nec vulpis nomen, nec lupi
fuisse vnq̃ ad bonum aliquod vsurpatum. Vi- H
detur itaq; dęmonũ cuiq;, nc p̃ eius esse & specie communicatio quædam ad singulas animãtium species: & quemadmodum inter homines hominib⁹ aliis validiores sunt quidam, vel agilitate ipsa, vel viribus: sic inter dęmones fortiores nõnulli extiterint. Et plane vt liquet, ad hominum deceptiones animalibus his pro suo arbitratu vtitur, qui mundi princeps nostris in literis vocitatur: alii vero per aliam quãdam animãtium speciem futura denunciant. Et vide q̃ sint dæmones isti flagitiosi, vt eorum instinctu, vel virgunculas ipsas desumant vaticinãdi gratia quidem. Sed tuo iudicio illud permiserim, vtrum horum sit potius admittendum, q̃ deus ipse, eiusq; filius, aues vel cæteras animãtes ad edenda vaticinia moueãt: an qui animãtibus hęc hoĩbus ipsis astãtibus concitãt, improbi dæmones sint & imundi, vt sacrę literæ nuncupãt. Q̃z si idcirco diuina est auium aĩa, quia futura p̃dicunt: cur non potius hoĩm, quando & his admittuntur oracula, & auditu p̃cipiunt? Diuina igit aliqua iuxta hos erat Homerica auis quæ procis p̃dixerit, postremo eos ibi tunc cœnatu-

ros. En vero diuina hęc fuit: atqui Vlysses ille & tãtus, & Mineruę amicus, diuinæ alitis diuinationibus cognitis lętitia, vt inquit poeta, afficiebatur ex edito Iouis oraculo. Aduerte autẽ q; si diuinũ aues animũ habẽt, & deũ sentiunt, vel deos, vt Celsus appellat: perspicuum erit vel nos homines e quadã nobis qualitate innata, & ea qdẽ vaticinabili, anima subeunte iam, sternutare: siquidẽ id ita accidere multor; testimonio confirmatur: vnde & Homerus sic inquit, Hic vero supplicante illo asternutabat. Idcirco & Penelope ipsa illud subiecit, Nõ vides o mi fili vt his verbis adsternutaueris? At qui quod in vero diuinũ est, ad futuri cognitionem nec irrationabilibus his vitur beluis, nec quibusuis hominũ, sed sanctissimis dũtaxat & purissimis quorũdã mortaliũ animis, quos & Deo complet, & prophetas reddit & vates. Quocirca si aliud quippiam in Moysi lege mirifice dicitur, vel hæc fuerint illi adnumerãda, Nolite augurari, & alibi, Gentes istæ quarum possidebitis terram augures & diuinos audiũt: tu autẽ a domino deo tuo aliter institutus es. Deinceps sic subdit, Prophetã suscitabit dominus deus tuus de fratribus tuis. Cũ autẽ olim per augurẽ deo collibuisset ab auguriis populũ dehortari, effecit vt in augure spiritus loqueretur huiusmodi, Non est auguratio in Iacob, nec vaticiniũ in Israel: per tempora nunciabitur Iacob & Israel quid facturus sit deus. Hæc itaq; & his similia nobis cum innotuerint, libet mandatum id mystice denũciatum vt obseruetur, Omni custodia serua cor tuũ. Cauẽdũ quippe ne quid quod dæmonũ sit mentem inscendat, vel spiritus aduersantium aliquis ad ea quę vult vertat imaginationẽ nostrã. Optamus autem vt illuceat cordibus nostris illuminatio scientiæ claritatis dei, diuino spiritu animum subeunte, & nobis quæ Dei sunt suggerente.

Quicũq; enim spiritu dei agũtur, hi filii Dei sunt. Sciendũ præterea haud quaq; esse omnino diuinũ futura prænoscere: quippe qd secũdũ se mediũ sit, & in prauos etiam quosdã astutosq; item cadat: nã & medici multorum sunt ex arte medica pręscii, tametsi deprauatis sint moribꝰ. sic item & nauiũ gubernatores, etsi perditi sint & scelesti, ex obseruatione tamen quadã & longa experientia, & ventorum præuident signa, & turbines, reuolutiones insuper quæ in hoc terræ ambitu fiunt: haud tamen idcirco diuinos eos quis dixerit, si moribus sint prauis imbuti. Falsum igitur esse conuincitur, qd Celsus hunc in modum prædixerat, Quid enim diuinius quisq; attulerit q futura prænoscere, & lõge hæc ante significare? Nec secus & falsitatis illud arguitur, animantium pleraq; sensu sibi vendicare diuinos: nihil enim in se habet diuinitatis animalium mens ratione carentium. Demũ & illud falso astruitur, diuinis colloquiis bruta esse propinquiora: quando vel homines vbi ex improbis ad summũ profectũ euaserint, longius absunt a dei sermone: illi dũtaxat qui in vero sunt sapientes, & pietate nil simulata, cum deo loquuntur, quales iuxta nos extitere cũ prophetæ, tum Moyses, cui ex puritate multa & abundanti, qd traditur hunc in modum testimonium perhibet, Moyses solus ascendet ad deũ: alii autẽ non appropinquabũt. Verum quo pacto ab eo tam impie, qui nobis impietatem obiectat, editum est nõ solũ hominũ bruta hæc sapientia anteire naturam, sed dei esse amantiora? aut quisnã nõ a recto diuertat mox animũ, qui Celso fidem pręstiterit, draconẽ, ac vulpẽ, lupũ, & aquilã, accipitrẽq; fatenti maiori esse erga Deum affectu, q̃ sit humana natura? Quo fit vt Celsum id subsequatur, vt dici iure id possit. Si deum bestiæ vehementiori quodã q̃ homines prosequuntur amore: liquet ergo nec Socratem ipsum, nec Pythagorã, nec Pherecydem, & quos paulo ante extuleras laudibꝰ, Græcorum theologos, charitate in deum excessuros esse hæc animantia. Sed illud Celso qs comprecetur. Si enim deo hæc acrius longe q̃ homines ipsi afficiũtur: velim equidem & ipse sis huiusce pietatis in deũ cũ beluis particeps, & istorum persimilis, quæ iuxta te homines erga deum obseruantia superent. Sed age, neminẽ esse qui huiusmodi aliquid suspicetur: verum quisnã nõ illud optauerit, eoꝝ se similẽ reddi, quos dei duxerit esse amantiores, vt & ipse nil secus ac illi pari quadã afficiatur in deũ beneuolentia? Deinde cũ placeat Celsum mutorũ colloquia animantiũ nostris esse admodũ sanctiora: non quibusuis hominũ, sed sapientibus dũtaxat, id rei demãdat, vt difficile cognitu, cũ in vero hi sint sapientes, qui & solertiores & probi extiterint. Siquidẽ improbus nemo dici sapiens potest. Inquit igitur, Erũt enim q inter homines sunt sapiẽtes, & mutua esse brutis colloquia, & nostris sane his sanctiora: & se quidẽ quæ dicãtur pernosse, & re ipsa ostendũt se horum nil fugere, vbi plane prędicunt quonam abituræ sint aues, quidve facturæ hoc illudve etiã patefaciunt: cum eo ille se conferant, & fecerint plane quę ipsi prędixerint. Et sane vt veritas habet, nemo sapiens ista conscripsit, nec brutum est aliquod vnq̃ sermones sanctitate nostros se anteire professum. Q; si dũ Celsi dicta inquirimus, quid subsequatur cõsideremus: liquet profecto ad eiꝰ opinionẽ sanctiora admo-

dum esse quę inter se cõtulerint bruta, q̃ Pherecydis, Pythagoræ, Socratis, & Platonis virorum præstantium, & aliorum philosophorum ratiocinatio sit: quod vtiq; vel absurdissimum esse arguitur. Q; autem & credamus ex auium voce nihil significãte, nõnullos perdiscere quo se illę cõtulerint, & quid præterea fecerint, qdve portendant: vel id quidem fatebimur per dæmones hominibus significatum, vt ab his fallantur mortales, & a deo suo auulsi, a diuinis & cęlestibus ad inferiora ista mentẽ detorqueant.

E Nec plane intellígo, quo pacto Celsus elephãtorum iusiurandum vspiam audiuit, & fide erga deum vt nos hi antecedant, & diuinitatis habeant cognitionem. Et sane nil me pręterit, permulta & mirabilia de animalium cum natura, tum mansuetudine fuisse historiæ demãdata: & alioquin de elephantico isto iureiurando nil cuiq̃ proditum esse sat scio. ni forte illorum placiditatem vbi nobis insueuere mansuetiores iam redditi, perinde acsi cũ hominibus id illi semel pępegerint, seruatum ab his iusiurandum hic dixerit. quod vtiq; falsum est: nam etsi rarenter, historiæ tamen id proditur, edomitos & mansuefactos iam elephantos in homines desæuisse, & idcirco vt nõ vsui vltra futuros, neci damnatos. Proxime aũt vt & illud confirmet secũdum se vel Pelicanum pietatis officio hominẽ superare, quæ de hoc animante narrãtur assumpsit, vt & vicem reddat, & escã deferat genitoribus. Ad qđ dicendũ, nõ ex officii contẽplatione pelicanos id facere, nec cogitatione aliqua, sed natura id vt faciãt, duci, hac ipsa volente quæ has aues parauerit, vt vel in mutis animantibus homines exemplar haberẽt qđ & intueri iam possent, quẽadmodũ gratiæ sint reddendæ parentibus. Q; si intelligeret Celsus, quantum interfit si ratione id fiat, vel nullo rationis instinctu, sed natura dũtaxat duce geratur: haudquaq̃ pelicanos hos diceret, homines pietate peruincere. Quinetiã Celsus perinde acsi pro brutis tutandis decertet, & istorũ susceperit patrociniũ: Arabicum animal Phœnicẽ desumit cõmemorandũ, quẽadmodũ in Ægyptum secedat, defunctũq; gestet parentẽ smyrnęa sphæra recõditum, deponatq; vbi Solis sit sacrum. Et id quidem historiæ proditũ est. Potest alioquin si verũ id fuerit vel naturæ esse id munus, diuinæ prouidentiæ largitate, quę & in animaliũ diuersitate, hominibus prę-
ferat q̃ varia sit eorum structura quæ in mũdo sunt, vt vel auẽ & animal quoddã brutum pertingat, qđ solum sit & vnicũ constitutũ, & ob id quidem demirari nos faciat nõ animal tãtũ,
F sed qui illud condiderit. Cæterum his omnibus & illud Celsus adiecit. Non em̃ (inquiẽs) hominis gratia sunt vniuersa hęc cõdita: quẽadmodum nec leonis vel aquilæ vel elephanti, sed vt mundus iste dei vt opus, integer ex rebus omnibus perfectiorq; constaret: & idcirco dimensa sunt omnia non per vices & singulis, sed vniuersis. Deo quippe vniuersa sunt curæ, & hæc haudquaq̃ deserit prouidentia, nec sane deteriora fiũt, nec per temporum spatia ad hęc ipsa regreditur Deus: nec hominum irascitur gratia, quemadmodum nec simiarum de causa nec murium, quorum singulos vt sui, partem vicissim susceperit. Sed age vel paucis, his occurramus: arbitror autem me ex superioribus satis iam ostendisse quemadmodum hominum & rationalis cuiusuis gratia sint cuncta creata, & propter animal præcipue rationale fuisse hęc condita. Celsus vero nec homini astruit, nec leoni, nec aliis quæ dixerat supra, hæc facta fuisse. At nos non leoni, non aquilæ, non delphino dicturi sumus struxisse hæc omnia conditorem, sed rationali duntaxat animanti, vt mundus iste eius quasi opificium vndequaq; perfectior redderetur. His itaq; erit vt recte dictis assentiendum. Curat igitur Deus non modo id vniuersum vt autumat Celsus, sed præter id omne & illud præcipue, quod ad rationale animal spectat: neq; id totum vnq̃ destituet prouidentia: quippe quæ illud dispensat, etsi deterius fiat, vt ob rationalis naturæ peccatum, totius vt aliquam partem expurget, & temporum interuallo ad se id totum conuertat. Sed ne simiarum quidem vel murium gratia Deus ira succenditur: hominibus vero vt naturales causas præuaricantibus, & pœnas quidem & supplicia infert: & his tamen cum per prophetas, tũ per eũ qui omnibus vt salutẽ afferret, aduenit, minatur, vt cõminando qui se audierint, ad meliorẽ vitã deniq; transferãtur: qui vero eius verba neglexerint a prauis faciG noribus ad ea quæ rectiora sunt reuocãtia, pœnas pro meritis luãt. Quas vtiq; par est, vt pro eius arbitrio ad vniuersorũ profectum his irroget Deus, qui laboriosius & curandi sunt demum & castigandi. Sed quarto iam libro, quãH doquidem in eo scribendo satis multa cõplexi sumus, ne profusior sit, finem nunc fecerim: per eius vero filium, Deus qui & deus est item & verbum, & sapientia, veritas insuper & iustitia, vel vtcũq; hunc ipsum sacræ literæ nũcupent, optantibus nobis id tribuat, vt & quinti iam librum ad eorum qui lecturi sunt cõmodũ ordiamur, & suo verbo animũ inuadentre hunc rectius absoluamus.

Finis Quarti Libri.

UNIVERSIDAD DE MURCIA

LIBER QVINTVS.

A AVDQVAQ; Interdictã dicacitatem sectando, sacer Ambrosi,e qua crimen defugi non potest, iam quintum aduersus Celsi scripta ordímur hunc librum: sed totis viribus enitẽdo,vt eor; indiscussum nil relinquamus quæ ille conscripserit, & ea præsertim quorum nonnullis sit forsitan visus, cũ nos,tũ Iudæos argute insimulasse.Proin et si factu nil facile sit,vt cuiusuis animum qui Celsi scripta fuerit in posterũ perlecturus, cũ ratione deniq; subeũtes,sagittã nos auellamus quãeq;,vulnus his infligentẽ,qui nihil sunt dei armorũ præsidio cõmuniti:vel vt rationalẽ vulneri impositurí simus medelam, qđ a Celso inflictũ exciperetur: & eos redderet non integra fide, qui Celsi dictis vacarẽt: exequeremur tamen id vel animo promptiore. Sed cum dei illud sit opus, vt secundum suimet Christi spiritũ,in eos aduentet quos dignos iã duxerit:nobis tamen cũ edocendo,tum scriptitando nitentibus, homines vt optime credant, efficere propositum est omnia factitare vt operarii sine pudore doctrinam veritatis exerceãt.Sed vnũ illud ex omnibus factu videtur pręcipuũ,vt vel ea que Celso similia veri sunt visa: vti per te nobis est cum fide iniũctum, dissoluendo deniq; refutemus. Age & quæ deinceps dicturus est Celsus,superioribus iam confutatis (de his enim iudiciũ legenti reliquum facimus) mox subsequamur. Deus autẽ nobis id largiatur,vt ea perficiãtur quæ cũ animo etsi diuinitatis experte,tũ verbis vt explicẽtur sic destinauimus,vt eorum fides quibus prodesse percupimus,nõ humana ac sapientia constet:ita vt Christi sensum ab huius patre accipiẽtes,qui solus cõferre hunc potest, & ad participandũ dei verbũ adiuti oẽm altitudinem extollentem se aduersus dei scientiam destruamus:nec secus & Celsi contra nos insolẽtiã,qui in Iesum, prophetasq; ipsos tã stolide intumescit:ita vt qui euangelizantibus in virtute multa dat verbum,nobis item hoc prẽstet, vt ingentes ad sui præconiũ vires elargiendo, fides his innascatur,qui in dei doctrina & virtute hęc scripta perlegerint. Placet igitur nunc B Celsi dicta quę huiusmodi sunt,refutare. Deus quidem o Iudæi,vosq; item & Christiani, vel dei filius,nec descendit aliquando, nec descensurus est. At si quos vos dicitis angelos descendisse,quosnam esse hos affirmatis? Deos ne? An aliud quodpiam genus? An vt par est,forsitan dæmones? Ad hæc autẽ quæ sæpe repetit Celsus:quippe qui eadẽ alias dixerit: nihil erit de cætero respondendum. Sat enim fuerint quę antea ad hæc ipsa protulimus: perpauca vero e multis,quæ etsi consentanea videntur superioribus,haud tamen eãdem prorsus habitura sententiam, explicaturi iam sumus, in quibus plane id demonstrabimus,quemadmodum qui omnino decreuerit, nec deum quempiam, nec Dei filium ad homines se contulisse: sublaturus sit cum multorum de deo opinionem vt comparuerit,& visus mortalibus sit,tũ ea quæ superius dixerat. Si enim sine vlla exceptione Deum vel dei filium aliquem nec descendisse, nec vt descendat futurũ,fatetur in vero Celsus: perspicuũ est & sublatum iri e terra vel deos, qui siue vaticinandi ob causam,siue medendi, descendisse feruntur. Sic fiet,vt nec Pythius ipse,nec Æsculapius,nec eorum alius quispiam quos fungi ad salutẽ hoc munere putãt mortales,pro diis de cætero habeãtur, perinde ac e cęlo sint ad terram delapsi:vel si dii sint creditì, terram tamẽ sortiti sint sibi perpetuo habitandam, tanq; fugitiui deorum sedes reliquerint, vel nequeant in diuinorum bonorum sortem venire:vel forte fiet,vt ne dii quidẽ futuri sint Apollo ipse & Æsculapius,seu quiuis alii creduntur in terris miri quippiam factitasse: sed dæmones potius quidam his longe inferiores, qui sapientia inter homines pollent,& ob virturem cęlum conscendunt. Aduerte quemadmodum cum vellet hic nostra euertere, etsi in nulla totius sui operis parte Epicureum se esse fatetur:in Epicuri tamen sententiam cõcessisse vel vltro coarguatur. Cauendum autem tibi C qui in Celsi hæc dicta incideris,& his plane assentiaris quæ prępositа sunt:siue aduẽtare deũ vt singulis mortalium prospecturum, apertius neges,siue id falso confutasse Celsum existimes, ne si prouidentiam forte sustuleris, huius dicta falsa esse coarguas:in quib9 & deos iste & prouidentiam ponit,vt ea vera esse cõfirmes. Sin vero prouidentiam & ipse induxeris,vt qui cũ Celso sentire nil videaris,nec deum, nec dei filium asserenti descendisse ad homines, nec vt descendat futurum:cur non ex his diligentius quæ de Iesu per nos proferuntur, deq; hoc ipso & quæ prophetarum sunt vaticiniis edita, perueſtigandum tibi desumpseris, & sedulo conquirendum,vter fuerit vel Deus vel Dei filius existimandus qui sese mortalibus descendendo obtulerit: Iesus ne qui tanta hęc & dispensauit & fecit, an alius quispiam, qui sub oraculorum & vaticinandi prætextu: ne illos dicam quos curent,ad rectiorem vitam traducant, vel eorum mores castigent: sed ab inte-

gro potius illo & puriore, venerãdoq; Dei cõditoris & cultu cogunt descíscere: & sub honoris quodã obtentu qui diis plurimis deferatur, eorum qui se audierint animos dirimendo, ab eo disiungunt qui & vnicus est, & aperte verior est deus. Sed cum deinceps tanq; Iudæis & Christianis de his respondentibus qui ad homines defecẽdissent, & asserentibus angelos eos fuisse, sic subdit, Q; si angelos quosdam hos dicitis extitisse, quosnã esse hos affirmatis? Deos ne an gen⁹ aliud quippiã? Proinde rursus quasi respondentes illos producẽs, Si em̃, inquit, aliud fuerit id genus, vti par est dæmones dixerim: Age tamen hæc pernoscamus. Enimuero & angelos dicimus ministrantes spiritus quosdã, & in ministeriũ, eorũ gratia missos, qui hereditariam sunt habituri salutẽ: & hos quidẽ ascẽdere vt hominũ vota precesq; & obsecrationes ad ea loca iam perferãt, quæ & cęlestia sunt & puritate mundũ penitus antecedũt, vel ad supercęlestia illa quæ constat esse terrenis his puriora: & inde rursum descẽdere eorũ cuiq; pro meritis iussos aliquid subministrare, qui Dei affecti sint beneficio. Quos vtiq; angelos pro eor⁹ ministerio fuisse & nomen sortitos didicimus, & diuos vel deos plerũq; in sacris literis vocitari: cũ alioquin nobis nihil iniũgitur, vt qui ministrando ad nos quæ dei sunt deferant, pro diis colamus. Vota nãq; & preces omnes, & gratiarũ insuper actiones, ad deum sunt per angelum trãsmittẽda: qui per Pontificẽ & viuẽs verbũ & deũ, angelus prefectus est cęteris. Id vero verbũ sumus deprecaturi, eiq; supplicabimus, & gratias simul acturi. Votis insuper deposcemus si quo fieri modo id queat, vt quid recte, quid praue oretur, audiamus. Nã eos angelos nũcupare qui in istiusmodi pernoscẽdis nõ homines superent, haud quaq̃ par est. Fuerit enim & de huiusmodi rebus sciẽtia mira & inexplicabilis quædam, quæ & inesse his angelis comprehendatur, & angelorum præ se ferat naturam, & ad quas sint hi singuli res instituti: hæc tamen est minime permissura, vt alteri cuiq̃ quis audeat supplicare nisi ei qui ad omnia sufficit, & cũctis præsidet rebus, per eum qui nobis saluti fuit, & dei filius est, item & verbum, sapientiaq; & veritas ipsa: siue vt aliascunq; prophetæ, siue Apostoli, hũc suis scriptis expresserint. Ad illũ autem nobis vt sanctissimi angeli dei sese propitios præbeant, & nostri cũcta vt peragãt gratia, nostra sat fuerit erga deũ animi promptitudo: quæ totis pro humanæ naturæ viribus, angelorum imitetur & voluntatem Deum sectantium: cum & illud accesserit, vt huius filiũ Iesum & verbum sic, quoad licuerit, capiamus, vt nihil obsistere sanctissimis angelis videamur clarius hunc & aperte percipiẽtibus, sed indies ad istorum clariorem illam dei assequẽdam cognitionem omni studio contendamus. Celsus vero vt qui sacras & nostras minus perlegerit literas, sibi ipsi perinde ac si id nobis tradentibus, ita respondet. Enimuero aliud quoddam genus esse angelos dicimus, qui a deo mortalibus profuturi descendunt: Et hos nõ immerito ait a nobis, dæmones nuncupari: cum tamẽ nil videat dæmonũ nomen haudquaq̃ esse vt hominũ medium, quos inter probi quidã existãt, nõnulli vero & improbi. Nec eam dixerim probitatem quæ de diis, siue dæmonibus, siue simulacris, siue bestiis ipsis statuitur: sed qualem definiũt qui ea quæ dei sunt norunt, cum de vera diuinitate & beatitudine differunt. Dæmonum vero id nomen prauis semper addicitur potestatibus, quæ corpore careant, & homines fallant, & a deo rebusq; ipsis supercęlestibus retrahant, & ad inferiora ista detorqueant. De Iudæis vero & subsequẽter Celsus huiusmodi differit. Primum igitur par fuerit vt Iudæos ipsi miremur: siquidem cęlum, & qui in eo sunt angelos colunt: excellentissimas vero cęli partes & potentissimas, solem, inquit, & lunam & astra cętera, siue errantia, siue minus, repudient: perinde atq; illud admitti queat, vt vniuersum hoc deum dicamus, vniuersi autẽ partes haud quaq̃ diuinas: aut hos affirmemus optime colere, qui illis se applicasse dicuntur, qui in tenebris vspiã, & prauis quibusdam magicisq; præstigiis excęcantur, vel perumbratiles quasdam & subobscuras rerum imagines somniant: qui vero aperte adeo, & tam clare ea cunctis prędicunt, e quibus pluuiæ, nimbiq;, & nebulę, & tonitrua, quæ isti adorant, fulguraq; & arborum fructus, & quæuis semina obseruantur, vt nullius momenti ducamus? cũ ex his liqueat rebus deũ aperuisse supernarũ rerũ hos & prędicones esse clarissimos, & angelos vere quosdã cęlestes. Vel ex his quidẽ cõfusior mihi Celsus videtur, & ex auditione dũtaxat quę minus sciret scripsisse. Siquidẽ Iudæorum res cõquirẽtibus vbi & quæ Christianorũ sunt cũ illis conũxerint, perspicuũ erit Iudæos legẽ sectantes pręter deũ qui & cęlum condiderit nil vspiam colere, lex nãq; in dei persona iniũgit huiusmodi, Nõ habebis deos alienos corã me: non facies tibi sculptile, neq; omnẽ similitudinẽ quę est in cęlo desuper, & quę in terra deorsum: nec eor⁹ q̃ sunt i aquis sub terra, nõ adorabis ea neq; coles. Quin etiã nec cęli angelos qui Moysi legem obseruat quoq̃ pacto adorat: haud secus nec solẽ ipsum nec lunam astraq; & cęli ornatum cęlũq; ipsum

colere, & qui in eo sunt angelos præcauebunt qui legi tradenti hæc obsequuntur, Non respicies cælum, ne solẽ & lunã cũ videris & astra, & omnẽ cœli ornatum, decipiaris, & illa adores, & his seruias quę diuisit dominus deus tuus vniuersis gentibus. Quin & illud sibi Celsus assumẽs tãq̃ cœlũ pro deo ducant Iudæi, vt absurdũ inducit, & Iudæis in crimen ascribit, q̃ cælum quidẽ adorẽt, solẽ vero lunã & astra nil colant: perinde ac qđ dixerat nõ sit admittẽdum, vt id omne sit quod cernitur deus: machinæ vero totius haud quaq̃ sint partes diuinę, & omne cũ inquit, cœlũ exprimit: partes cũ subdit, solem
A & lunã prętẽdit & sidera. Atqui nec Christiani nec Iudæi quidem aperte, vt inquit Celsus, Deũ esse cælum fatentur. Sed cõcedatur iuxta hunc & Iudęos cœlũ pro deo astruere, qđ vtiq̃ falsum est: sint etiam & cœli partes, sol ipse & luna & sidera, qđ item est procul a vero: nõ em̃ & terrę partes vel animantia fuerint vel plantæ: vnde ergo vel ad Græcoꝝ opinionẽ verũ esse id arguetur, vt cœlũ omne sit deus, & eius sint partes diuinæ? Mũdum sane hi vniuersum deum esse affirmãt: Stoici qdẽ primũ deum esse hũc statuũt: secũdũ Platonici: ex Greęis ceteris quidã tertiũ dicũt. Fit igitur pro istorum sententia, quãdoquidem mũdus hic vniuersus est Deus: vt eius & partes sint diuinitatis participes, ita vt nõ homines solũ, sed vel bruta quæuis animantia, vt mũdi partes, deitatis participent sit necesse, nec secus & plãtę. Q; si & mũdi partes & flumina & maria sunt, consequẽs erit, quãdo & mundus hic totus est deus, vt flumina hæc ipsa & maria dii etiã sint: qđ vtiq̃ nec græci met fatebuntur, sed eos dixerint deos esse, qui mari & fluminibus præsident. Vnde Celsi vniuersale illud & iuxta se cõsequẽs, vel pro Græcorũ sentẽtia prouidentiã inducẽtiũ, falsum esse arguitur, vt cũ aliquid totum sit deus, & eius partes diuinas esse omnino sit necessariũ. Nam illud Celsi dicta subsequitur, vt si vniuersa sit mũdi hęc machina deus, & quæ in mundo sunt diuina sint oĩa, quia mũdi sint partes. Et iuxta id quidem diuina fore & animalia sequeretur, muscas scilicet, vespas, vermiculos, & quasuis serpentũ species, nec secus & volucrũ pisciũq̃: qđ sane nec qui mũdũ deũ esse astruxerint fatebuntur. At qui secũdũ Moysi legẽ degũt Iudæi, & si nil patiãtur qđ lex ipsa latẽter non vel dicat vel velit, admittere, vel qđ arcanũ illa prętẽderit: nec cœlũ dicturi sunt deũ esse nec angelos.
B Verũ cũ Celsum dixerimus ex auditionibus quibusdã permulta cõfusius explicasse, age & hæc pro nostro virili aperiamus, nec secus vbi Iudaicæ cõsuetudinis esse iam ducat, cœlũ colere, & qui in eo sunt angelos: demõstrem⁹ haud quaq̃ Iudæorũ id esse, sed quorũdam Iudaicos ritus præuaricantiũ: quemadmodũ ex solis vel lunæ vel astrorum hoc cultu vel forte simulacrorũ, in Hieremia prœcipue cõperiat dei verbũ Iudaicum populum per propheram accusans, q̃ huiusmodi coleret, & cœli reginæ sacrificaret & militiæ vniuersę cœlesti. Declarant prœterea C
id & Christianorum dicta, Iudæorum scelera criminantiũ: nã deũ affirmãt idcirco populum illũ deseruisse, quia praua quędã facinora commisisset. In Apostoloꝝ siqdẽ Actis, literis prodítum est de Iudæis, quẽadmodũ hos auersatus de⁹ tradidit vt exercitui cœli seruirẽt: vti & scriptum est in propheticis libris, Nec hostias nec sacrificia obtulistis mihi in eremo annis quadraginta domus Israel, & suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus dei vestri Romphe, figuras quas fecistis adorare eas. Et Paulus itẽ Iudaice apprime eruditus, & ex mirifica Iesu apparitione illa Christianam religionem sectatus, in ea quam ad Colossenses scripsit Epistolam, huiusmodi protulit, Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorũ quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & nõ tenẽs caput, ex quo totũ corpus per nexus & cõiũctiones subministratũ & cõstructũ crescit in augmẽtũ dei. Hæc vero cum neq̃ perlegerit neq̃ didicerit Celsus: nescio quo pacto tãq̃ nihil prœuaricantes Iudæos effecerit, & cœlũ colere, & qui in eo sunt angelos. Quinetiã D
vt animo confusior Celsus, & nescius plane qd quoq; loco exigitur, existimauit ex veneficiis quibusdã magicisq̃ carminibus cõpulsos Iudæos & apparẽtib⁹ nõnullis his imaginibus p excantãtiũ arbitratu, cœlestes angelos adorare: cum minus intelligat, vel præter legem quidẽ id fuisse facturos, si qui forte id facerẽt: quippe cũ lege illud cauetur, Ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciramini vt polluamini per eos. Ego dominus Deus vester, Oportuit igitur qui Iudæos iã duceret vt legis obseruatores tutãdos, in hos nihil huiusmodi quoq̃ pacto referret: qppe q se affirmarẽt & legẽ seruare, & vitã ex lege iã ducere, vel qui in eos illa retulerint, vt plane ostẽderẽt ex Iudæis prœuaricatores quosdã hęc factitasse. Et rursum quẽadmodum impii sunt qui vt cœci & in tenebris vspiã, & ex magica arte, & subobscuris imaginibus somniãtes (vt Celsus ingt) illis se totos addicũt quos religiose & praue colũt: sic & qui soli & lunę & sideribus ipsis sacrificant, impie agunt. Nec dicere simul Iudęos quis posset, vbi solem adorare & lunam q̃maxime cauent, non etiã cauẽdũ sibi existimare ne cœlum & angelos

colant. Q; si de his æque & nobis reddēda ratio fuerit, quēadmodū qui solē & lunā vel astra minus adorent: nec istos quidē quos Greci visibiles nūcupāt & sensibiles deos, sint quādoq; adoraturi: dicturi mox sumus. Moysi legem sat scire vniuersis quę sub cælo sunt gētibus Deos istos distributos fuisse: nōdum tamē illis quos in præcipuā portionē præter cæteras nationes sibi deus desumpserit. Sic enim in Deuteronomio scribitur, Ne forte oculis eleuatis ad cælū videas solem & lunam & omnia astra cęli, quæ creauit dñs Deus tuus in ministeriū cūctis gētibus quæ sub cęlo sunt. Vos autē tulit dominꝰ & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hęreditariū, sicuti est in præsenti die. Genus igitur electū, regale sacerdotiū, gēs sancta, populus acquisitionis a deo vocatꝰ est Hebręorū populus: de quo Abraham ipse prędixit ex voce diuina ad se facta, Suspice cęlū & numera stellas si potes: & dixit ei, Sic erit semen tuū.

E Non igitur erat futurum, vt cui spes esset vt astrorum instar eius semen excresceret, vt & sidera coleret, qbus ex diuinę legis cognatione & obseruantia, sui essent in posterū cōparandi. Ad hos nāq; sic dicitur, Dominus deus vester multiplicauit vos, & ecce estis hodie vt astra cęli præ multitudine. In Daniele præterea de resurrectione, huiusmodi prædicuntur. Et in tēpore illo saluabitur populus omnis qui scriptus est in libro: & multi ex his qui dormierunt in terræ puluere, euigilabunt, alii in vitam æternam, alii in opprobrium, vt videant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebūt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Vnde & de resurrectione illud & sumens sic inquit, Et corpora supercęlestia, & corpora terrena: sed alia quidem supercęlestium gloria, alia vero terrestrium: & alia est claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarū. Stella eñ a stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Haudquaq; igitur par erat, vt qui edocti iam essent ingenti animo creata ista cūcta peruincere, ob idq; apud deum in beatiore vita illa vel optima quæuis sperare, & illud insuper audire, Vos estis lux mūdi: &, Luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes opera vestra bona, laudent patrē vestrū qui est in cęlis: siue se exercendo præclaram illam & immarcessibilem consecuti sint sapientiam, siue eam receperint quæ æternę lucis sit splēdor, vt solis ac lunæ & cæterorum siderum splendorem tātopere demirarētur & obstupescerēt vt ex sensibili illorum fulgore existiment sese in tenebris vspiam diuersari, qui tantū sint & intellectuale scientiæ lumen adepti, hoc est veram illam vt mundi, ita & hominū lucem: vel hęc ipsa vt colerent, quæ si colenda quoq; pacto fuissent, non tamen suo splendore quem plurimi demirātur, coli oportuisset: sed lucis illius ob gratiam, quę & mente concipitur, & verior est. Si forte in F cęlo astra, rationabilia & solertiora quędā sint animantia, & scientiæ lumine per sapientiam ipsam illuminata, quæ vtiq; splendor est lucis perpetuæ: siquidē illam astrorū lucem sensibilē eius constet structurā esse, qui vniuersa hęc cōdidit: intellectualē vero siderū ipsoꝝ fortasse, & ex libero quodā eorūdē arbitrio prodeuntem: neq; hæc quidem est lux per eum colenda qui & veram intuetur & intelligit lucem, & præcipue si huius participatione illuminetur, & deū contempletur verī luminis patrem, de quo recte id dicitur, Deus lux, est, & tenebræ i eo sunt nullæ. Et quemadmodum ob lucem illam sensibilem & cęlestem, qui solem colunt, & lunam, & sidera, haudquaq; in terris vel ignis scintillam vel lucernam coluerint, eorum incomparabilem contemplati præstantiam, quæ cultu digna iam duxerint, vt longe excelsiora q̄ vel scintillæ sit, vel lucernæ lux aliqua: Sic item qui norunt quo pacto deus lux est, & animo ipso concipiunt vti & dei filius vera lux sit, quę illuminat omnem hominem in mundum hunc venientem, & demum intelligunt quorsum id proferatur, Ego sum lux mundi: profecto (vt ita dixerim) in sole ipso vel luna vel astris nec radios quidem coluerint, quia nullius momēti hos ducerent si lucem aduertant veri luminis deum. Nec sane tanta dei hæc opera afficiētes iniuria, neq; Anaxagorę in morem ignitum ferrum solem esse & lunam & astra asseuerātes, istiusmodi de sole hoc ipso & luna & sideribus eloquuntur: sed præcellere ineffabili quadam præstantia, Dei numen sentimus, vnigenitiq; item & magnitudine cætera superantis: persuasiq; solem ipsum & lunā & sidera, vnigeniti interuentu, Deo rerum præsidi supplicare, decernimus nequaq; esse supplicibus supplicandum: quandoquidem vel astra hæc malint, vt deo quem ipsa & precentur & colant, vota nos potius q̄ ad se deferamus, nec quoq; pacto nostram supplicandi vim omnem seiunctā vt deo ita & sibi impertiamus. Vtar autem hoc proloci opportunitate exemplo. Saluator noster & dominus cū a quodā Magister bone audiret se nūcupari: ad patrem reiiciens qui ita se appellasset, sic inquit, Quid me bonum dicis? Nemo bonus nisi vnus deus pater. Q; si merito hic q cum dei sit bonitatis imago hæc protulit, charitatis paternæ filius: cur nō æquius se adorā-

tibus sol istiusmodi dixerit? Dominũ deũ tuũ adorabis,& illi soli seruies. Cui cũ ipse,tum cęteri qui mecũ sentiũt supplicamus,& colimus. Enimuero etsi nõ tanti sit quispiam, nihilominus dei verbo supplicãdo hoc pętat qđ sanare se queat:& eo amplius patri qui priscis olim & iustioribus verbum suum transmisit,& sanitatẽ restituit,& propriis exemit corruptionibus.

A Deus itaq; pro sua bonitate nõ loco sed prouidentia condescẽdit ad homines: & dei filius haud quaq; tũc solum cum in humanis ageret, sed continẽter cũ discipulis manet,illud sedulo exequẽdo qđ dixerat, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationẽ seculi. Atqui vitis nequit fructum producere nisi in vinea mãserit,hoc est in Christo dei,qui & nobiscum i terris localiter diuersat,& his præsto vbiq; sit qui sibi adhęserit, alioqn vel se nesciẽtibus vbiq; terrarũ adest: & id quidẽ Ioannes ille qui in Baptistę Ioannis persona Euangeliũ scripsit,sic inquiẽs patefacit, In medio vestrum stetit quem vos nescitis,qui post me venit. Sed plane absurdius fuerit,vt solem haud quaq; ad omnia pertingẽtem,vel lunã,vel sidus aliquod quibus supplicetur quęramus,cũ cęlũ impleat deus & terrã,& illud dominus inquiat, Nonne cęlũ ipse ac terrã cõpleo? sitq; is nobiscũ vna & plane propinquior: qppe dicẽti illi crediderim, Deus e vicino ego sum, & non Deus a longe.

B Concedamus autem (vt Celsi verbis vtar) nonnullos esse qui & pluuias & imbres & nubes & tonitrua & fulgura vim habeant prædicendi:de soleq; pleraq; & luna & astris vaticinentur:num igitur qui tãta hęc præsagiẽdo denũciant:nõ deo potius vt eius ministri supplicandũ denũcient,& illi longe plurimũ esse q̃ suis vatibus intendendũ? Prædicãt igitur isti vt lubet & fulgura, & semina quæuis futura, & hæc omnia pro arbitrio obseruentur: haud tamẽ idcirco sumus supplicãtibus quoq; pacto supplicaturi:quemadmodũ nec Moysi ipsi nec eius posteris ex deo prophetis, qui potiora lõge q̃ pluuiæ sint,vel imbres,vel nebulæ,vel tonitrua,vel fulgura,vel fructus,vel semina hæc sensibilia, prædixerunt. Quinetiam vel si Sol ipse vel luna vel astra meliora quædam vaticinandi vim habeant q̃ pluuiæ sint: nil tamen hæc sumus sed patrem & dei verbũ adoraturi, qui vaticinia suggerũt. Sint autem & cælestes angeli certiores quidam dei pręcones:cur non potius deum qui ab his prædicatur, adorandũ duxerimus,q̃ huius vel præcones vel angelos?

C Cæterum & illud sibi Celsus vt affirmet desumit, nullius momenti solem ac lunam & astra nos ducere: de quibus nos illud fatemur, vel hæc reuelationem filiorum dei suscipere ob terrenorum corporum vanitatem in præsenti propter eũ subiecta qui subiecit ea in spe. Q̃z si & alia Celsus & infinita legisset quæ de sole & luna & sideribus dicimus,vt Laudate eum oẽs stellæ & lumen: &, laudate eum cęli cælorum: haud quaq̃ de nobis id iudicando sentiret, vt astra hęc tã parui ducamus, quæ miris Deum efferunt laudibus. Nec Pauli quidẽ illud nouerat Celsus: Nam expectatio creaturę reuelationem filiorũ dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabit a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Sed in his nostra defensio hæc terminetur,qua nec solem, nec lunam,nec sidera cętera nos colere demõstrauimus. Exponamus autẽ & quę deinceps dicẽdo prosequit Celsus:vt liceat postmodum tribuente deo ea huic respondere, quæ nobis veritatis lux ipsa suggesserit. Inquit itaq; Celsus huiusmodi. D Istorum autem & illud vesanũ,q; deum in cocimorem ignem existimant intulisse,& cæterorũ quidem hominũ genus aliquando conflaraturum,se vero & solos tã viuos q̃ vita defunctos,in carne illa eadem qua & terrã subierint, & quæ spes est vnica vermium, permansuros. Verum quęnã mortaliũ anima,putrens corpus cupierit? Cum enim nec nostri quidem id sentiant:sed Christianorum nõnullis cõmunis sit ea sentẽtia:alioquin decretũ id quod nefarium admodũ est,& respuendũ simul & impossibile, hũc isti in modũ decernũt & statuũt. Qđ eñ corpus omnino corruptũ ad pristinã sui potest redire naturam,& ad statũ eũdem ipsum e quo solutũ iam fuerit, & plane collapsum restitui? Ad hæc cum nihil habeant quod respondere possint,ad illud confugiunt,qđ absurdissimum est,& a vero penitus alienũ: dicunt enim deum omnia posse,cum tamen quæ turpia sunt exequendi vim nullam is habeat,nec ea velit quæ naturã excesserint. Nec tu quidẽ si quippiã pro tua deperdita nequitia concupiscas abominãdum,id deo licuerit,nec credendum est sic statim futurum:quippe cũ nec prauæ voluptatis neq; indecori & falsi facinoris, sed rectioris & iustę naturę princeps & doctor est Deus & animę potest vitã pęrpetuã elargiri. Mortui quidẽ (inquit Heraclitus) stercoribus sunt despectiores:Carnem vero his plane refertã,quę nec dici quidem honeste possent,perpetuam esse inique decernere,nec libuerit Deo, nec plane licebit: quippe qui vniuersorum quæ cõstant ratio sit. Aduerte vt principio statim mundi incẽdium vel a Græcorũ quibusdã nõ negligenter philo-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

sophantibus olim inductũ, cum irrisione hic carpens nos velit perinde acsi cocũ deũ fecerímus illud inducere, qđ de mũdo quãdoq; conflagraturo asserimus: nescius vel Græcorũ nõnullis id vísum, quod ex antiquíssima forsitan Iudæorũ gente acceperãt, fore vt ignis ad purgationẽ mũdo sit inferendus: & iure quidem. Nam singulos quibus per ignem vel pœna sit simul & medicatio afferẽda, ignis íste amburit nõ tamẽ exurit. vt qui nil habeant qđ per ignẽ sit absumendum. Vrit autẽ eum, quin potius incendit, & prorsus absumit, qui factis dictisq; & cogitatu in eam quæ tropice structura vocatur, ligna, fœnũ, stipulamve inædificauit. Sacræ siquidem literæ tãq; conflantis ignis & herba fullonum, venturum affirmant cuiq; dominũ qui eius curatione indigeat, ob admixtã mortalibus perinde atq; adulterinã & fusilem quãdam materiam a vitiis prodeuntem, indigẽtẽq; igne, qui (vt ita dixerim) dissoluat ac fundat qui ære sunt, stagno, plumboq; immixti. Et hæc quidem poterit quisq; si velit, ab Ezechiele propheta perdiscere. Sic itaq; nõ vt cocum aliquẽ dicimus ignem illaturũ mundo quandoq; deũ: sed vti erga eos beneficum, qui & dolore afficiendi sint, & igne indigeant. quod vtiq; sacris ex literis vt peccanti populo dictum in eã sententiam comprobatur. Habes carbones ignis quibus insideas, hi erunt tibi in auxiliũ! Et sane prisci illi & sanctissimi viri scribendo ea disponũt, quæ omnino multitudini congruãt sacras literas perlecturæ: quæ vtiq; tacite & sapienter trucíora quædã edicunt, vt eos perterrefaciant qui aliter nequeãt ab influẽtib⁹ peccatis auerti. Verum qui ita hæc obseruauerit, e laboriosis & truciorib⁹ hisce aperte cõperiet dolentibus mœroris finem afferri: in prẽsenti vero sat fuerit de Esaia vnum id produxisse: Propter nomen meum ostendam tibi furorem meum, & gloriosa mea inducam super te, ne te perdam. Coacti autẽ sumus quę simpliciter credentibus, & simpliciore quodã verborũ apparatu indigẽtibus minus congruerẽt. protulisse, ne videremur Celsi criminationes inconfutatas relinquere, affirmantis nos deum facere vt coquinarium quẽpiã, ignem mundo illaturũ quandoq;. Ex dictis autem superioribus qui prudenter ea acceperint, liquet sane per nos esse vel his occurrendum, quæ hũc in modũ protulit Celsus.

Et reliquũ quidem mortaliũ genus crematũ iri necesse est, his & solis prẽstantibus. Nil autẽ mirum si haudquaq; istiusmodi norunt quę inter nos sunt: quos stulta mundi & ignobilia cõtẽptibiliaq;, & quæ non sunt, sacræ literæ nuncupant. Siquidem per prædicationis stultitiam saluos facere placuit Deo qui in se crederent: quando non in sapientia dei cognouit mũdus in sapientia deum. Non enim discernere stulta hæc mundi pro singulis locis perspicacius oia potuerunt, nec sacris literis perscrutandis vacare his libuit, tametsi Iesus Scrutamini scripturas ediceret. Alioquin quæ de inferendo igne tradita essent, quęve & delinquẽtibus obuentura, ex deo præceperant. Et forte quemadmodum cum pueros minutiores alloquimur, par fuerit ea vt in medium proferamus quæ illorum infantiæ aptiora sunt & accommoda: vt qui ea ætatula sunt, ad rectiora deniq; traducamus: Sic item & his quos stulta mundi sacræ literæ dicunt, pœnarum conuenit quę in promptu sint, expectatio: cum emendari & corrigi homines, a multisq; & prauis facinoribus tandem desistere non aliter posse intelligant, nisi suppliciorum imaginatione coerceantur. Cęlestis itaq; disciplina eos dũtaxat sine ignis & suppliciorũ degustatione permansuros affirmat, qui purioribus sint cum decretis, tum moribus recte imbuti, & mentis nitore plurimũ prædíti. His vero qui non istiusmodi fuerint, & pro meritis quæ per ignẽ infertur pœnę dispẽsatione indigeãt: ad tẽpus aliquod præfinitũ ait vt inferatur futurum, qđ deum deceat illis vt inferat qui ad eius sint imaginem facti, & præter naturæ voluntatem, quæ ad eandem imaginẽ cõstet, duxerint vitam. Sed hęc hactenus ad ea quæ Celsus hunc in modũ intulerat: cęterorũ hominũ genus quandoq; conflagraturũ. hos vero & solos perpetuo permansuros.

Post hæc Celsus siue sacras literas non rectius audierit, siue ab his qui has minus intelligãt ita acceperit, per nos inquit id affirmari. Cũ enim tẽpus illud aduenerit quo per ignem mundus hic repurgetur, nõ modo futurum est vt qui tunc reliqui & superstites fuerint, verũ & vita iamprídem defuncti, permaneant, cum minus percipiat, vt ineffabili sapiẽtia quadam apud Iesu Apostolum sit illud pronunciatum, Omnes quidem resurgemus, non omnes autẽ immutabimur in momẽto, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Fuisset autẽ illi mox proferendũ quidnã sentiret qui hęc loqueretur, quãdo q nondũ mortẽ obiisset, nec seipsum, nec sibi similes, hoc est superstites alios ab illis seiungens dicturus esset, Et nos immutabimur: vbi, Et mortui incorrupti resurgẽt, dixisset. Vt autẽ huiusmodi quędã sentiẽdo Apostolũ confirmemus hęc literis demãdasse: vel his quę ex prima ad Corinthios nup produxi epla, ea adiecerim quæ & in prima ad

Theſſalonicẽſes habent: in qua Paulus vt vita fruens & vigilans, & a mortuis alienus, hęc loquit, Hoc em̃ vobis dicimus in verbo domini quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, nõ pręueniem⁹ eos qui dormierunt: quoniã ipſe dñs in iuſſu & voce archangeli & in tuba dei deſcẽdet de cælo. Deinde cũ pter ſe & ſui ſimiles, vel alios ſciret in domino mortuos: & illud ſubiecit, Et mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi: deinde qui viui mus, qui relinquemur, ſimul rapiemur cũ illis A in nubibus obuiã domino in aera. Verũ cũ iam plurimum carnis reſurrectionem, quę in eccleſiis prędicatur, & apertius eſt a ſapientioríb⁹ quibuſdam percepta, irriſerit Celſus (non em̃ repetenda ſunt quę ſemel hic dixerit) age & de obiectione huiuſmodi, confirmando ppauca exponamus, quaſi defenſionem hanc noſtram ad hominem a fide pẽnit⁹ alienum iam habitã accuratius nonnulli ſint plecturi: quam ſane eorũ gratia literis demandamus, qui & paruuli ſũt & fluctuantes, & omni vento doctrinæ circũferuntur in nequitia hominum ad circũuẽtionẽ erroris. Enimuero neq; per nos quidem, nec per ſacras literas affirmatur, carne hac ipſa immutationis nihil in melius recipiẽtes victuros eſſe qui olim obierint, e terraq; prodierint reſurgẽdo: at Celſus nos criminando id aſtruit. Nos vero etſi plæraq; ſcripta de reſurrectione hac dignius differentia audimus: ſat tñ in preſentia fuerit, q̃ Paulus in epiſtola ad Corinthios prima ſic protulit, adieciſſe. Sed dicet aliquis, quomodo reſurgunt mortui? quali corpore veniunt? Inſipiẽs tu qđ ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur: & qd ſeminas? nõ corpus qđ futurũ eſt ſeminas, ſed nudum granum, vt puta tritici aut alicuius cęterorum. Deus aũt dat illi corpus ſicut voluit, & vnicuiq; ſeminũ proprium corpus. Aduerte autem quemadmodum in his nõ qđ vt oriatur futurum eſt, corpus dicat proſeminari: ſed ex eo qđ & ſatũ fuerit, & nudum in terra iactum, propriũ deo his corpus qui ſeminati ſunt conferente, quaſi reſurrectionem fieri affirmet ex ſemine illo proiecto tanq̃ ſpica ex hoc aſſurgente vt in Sinapę fit, & huiuſmodi cęteris. Vt ita deus ſingulis rebus & corpus, vt libuit, contulit, quemadmodum poteſt & in his quę ſeruntur aduerti, quę pinde vt moriantur ſunt ſata: & ſic ſuo tempore, & proſeminato ex ſemine circũpoſitũ a deo cuiq; pro dignitate corpus recipiunt ſingula. Audiuimus ſiquidem Paulum plurib⁹ edocentem quid inter ſe differãt quod fuerit proſeminatũ, & qđ ex ſemine hoc ſuſcitetur: inqt em̃, Seminaũ in corruptione, ſurget in incorruptione: ſeminatur in ignobilitate, ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate, ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. Qui poteſt pręterea capiat q̃ mens fuerit dicẽti: Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis celeſtis, tales & celeſtes: & ſicut portauim⁹ imaginẽ terreni, portabimus & imaginem cęleſtis. Quinetiã cũ vellet Apoſtolus hoc loco arcana occulere, quæ ſimplicioribus quidẽ minus congruerent, neq; a qbuſuis audiri ſat poſſent qui fide & credulitate ad potiora ducuntur: cogitur demũ ne eius dicta aliter capęremus, vbi imaginem dixit cęleſtis portabim⁹, & illud proferre. Hoc autem dico fratres, quia caro & ſanguis regnum dei poſſidere non poſſũt, neq; corruptio incorruptelam poſſidebit. Proinde nõ ignarus arcanũ aliqd ſuo loco ineſſe & myſticũ, haud ſecus ac decuit q & poſteris quę ſibi innotuiſſent deſcripta relinqueret: ſic ſubdit, Ecce myſterium vobis dico: qđ vtiq; rebus profundioribus ſolet & myſticis addi, quę iure multitudini occuluntur: ſicuti & in Tobia legitur per angelum illud pronunciatũ, Etenim ſacramentum regis abſcondere, bonũ eſt: opera autem dei honorare & confiteri, honorificũ eſt. Non itaq; vermes nos concupiſcimus, nec noſter animus putrens corpus deſiderat, quo etſi ad varium diſcurſum indigeat, alioquin ex eius dicti ſententia ſapiẽtiam ſecũ cogitatione verſabit. Os iuſti meditabitur ſapiẽtiã, diſcrimen vtiq; terreſtris dom⁹ in qua eſt tabernaculum diſſolutę, & tabernaculum in quo iuſti ingemiſcunt grauati eo q̃ nolum⁹ exſpoliari ſed ſupueſtiri, vt abſorbeaũ qđ mortale eſt a vita: oportet em̃, cũ corpis natura oĩs ſit corruptibilis, vt induat corruptibile hoc tabernaculum incorruptionẽ: & cũ mortale ſit alterum & mortis ſuſceptibile, quę peccatũ ſubſequitur, immortalitatẽ vt induat neceſſe eſt: vt cũ corruptibile incorruptibilitatẽ induerit, & immortalitatẽ mortale, tunc enaſcatur qđ a pphetis prędicitur, interitus victorię mortis, quoad nos illa ſibi deuictos & ſtimulo ex ſe pdeunte ſubiecerit: quo vbi aĩam nõ vndequaq; munitã pupugerit, vulnera illi infligat, e praui ſacinorib⁹ pdeuntia. Sed vbi ea q̃ noſtra ſunt, quoad licuit, de reſurrectiõe in pſenti in partem aliquã expoſuim⁹: nã & alibi de ea permulta cõgrendo iam diximus: nũc Celſi ſũt dicta, vt par eſt, criminanda: gppe q neq; ea quæ apud nos ſunt literis tradita ĩtellexit, nec quiuerit quoq̃ pacto diiudicare, nequaq̃ eſſe exiſtimandum, ſapientiũ illoq; virorũ ſentẽtiã vt hi magnificarent, qui chriſtianę doctrinę nil fidei ſe pbituros pollicerẽt. Age & nos oſten-

damus hoïes quoſdã níl cõtẽnẽdos,tum ꝙa cõ
ſideratius ꝑmulta ſint cõtẽplati, tum quía in
dialecticis cõmẽtationib⁹ ꝑſpicaciores extite
rint,pleríſq; de rebus vt certioríb⁹ & veris diſ
ſeruiſſe:quorũ dicta ſi vt humí ſerpẽtia & quaſi
D anilia cõtemnenda duxerit Celſus,eius potius
ſunt ꝙ noſtrí hoïes reſpuẽdi. Stoici nãq; cõ
uerſionibus quibuſdã affirmant vniuerſorum
incendiũ fieri,idq; deinceps ſubſecuturã mũdi
inſtaurationem priſtinis rerũ inſtitutionibus
oĩno ꝑſimilẽ:quoꝝ Stoicorũ decreta reueriti
quídã ꝑexígue admodũ prodiderũt ꝑ con
uerſionẽ res ab hís immutarí,ꝙ ſupiori & volu
bilí tẽpoꝝ orbe fuiſſent:nam & homines dicũt
in ſubſequenti cõuerſiõe huiuſmodi fore qua
les olím fuere,& Socratẽ quídem iterato & So
phroniſci filiũ & Atheniẽſem futurũ, Phæna
retẽq; rurſum Sophroniſco denuptã hunc pari
turam:quo fit vt etſi reſurrectionẽ níl noíe ex
primũt,rẽ tñ ipſam ꝓtendãt: Socratẽ,ſ.q eſſe ex
Sophroniſci ſemine cœperat,reſurrecturũ,& in
Phænaretę matris loculís bís eſſe recõdẽdum:
vtq; Athenís illí iterũ educato philoſophãdũ
ſit,tanꝙ philoſophía cum eo ſit etiã reſurrectu
ra ꝙ illí olim fuiſſet,& a priſtína illa níhil abſi
mílis oĩno futura:quínetiã fore,vt Anyt⁹ il
le Melituſq; delatores,iterato reſurgant,vt So
cratem criminentur,nec ſecus & conſultores íl
lí Ariopagitę hunc ipſum cõdemnent,& quod
magís eſt irrídẽdũ,vel Socrates ípſe vt veſtíb⁹
hís induatur,quibus ſuperiore período vtebat,
& ſimílí vt ſit pauptate futurus,& ciuitate ea
dẽ Athenís vt diuerſetur:Rurſumq; vt Phala
ris tyrãníde potiatur,æneuſq; huius & taurus
hoĩm ſimílẽ vocẽ emugíat, quí priorí in ſe con
uerſione fuiſſent incluſi:Alexãder etiã ílle Phe
reus iterato Tyrãnus,eadem erit qua prius fue
rat ſęuitia,& dominatu,eoſdemq; íllos & dãna
E turus quos ante dãnauerat. Verũ qd erit ne
ceſſe vt Stoicorũ decreta quib⁹ illí philoſophã
tur ediſſerã,ꝙ vtiq; Celſo nequaꝙ vídent rídí
cula,ſed elegãtiora forſitã & laude digna!Siqdẽ
illí vel Zenon vídeť philoſophus leſu ſapiẽtior
eſſe,Haud ſecus & Pythagorei ípſi,vna & Pla
tonící,etſi vídent mũdí incorruptionem tuerí,
in ſimílía tamẽ quędã incidũt, vt ſideríb⁹ ipſis
pro inſtitutís reuolutioníb⁹ figuratíones eaſdẽ
affectuſq; mutuo deſumẽtibus, vniuerſa in ter
rís æque cum hís ſe habere,& pari ſimílitudíne
dícant,quę olím fuiſſent:cũ aſtrorũ eandẽ affe
ctus figurã mũdus cõplecteret. Neceſſe eſt igit
pro hac ſiderum ratione,ex longa quadam cõ
uerſione ad affectionẽ eandẽ inter ſe redeũtiũ,
qua Socratem prius affeciſſe ſunt viſa, vt So
crates ex hís ipſis & eadem ílla quæ quondã fit
paſſus ꝑpetíať,vt ꝑ Melitum,ſ. eundem ín
cuſetur,& damnetur ab Ariopagítis.Hęc cum
philoſophí vel Ægyptiorũ ſapientes illi,iſtiuſ
modí tradũt,vt graues habiti & elegantes, per
Celſum Celſiq; ſimiles nil irrídent: Nos vero F
qui quoad poſſum⁹ ꝑ deũ aſtruimus oĩa diſpẽ
ſarí,& ꝓ cuiuſq; captu ad potiora ſingulos du
cí,& noſtrarum virium naturã pnoſcimus,vt
quæ ea duntaxat ꝑcipiãt quæ cãpere poſſunt
(nõ em̃ poterũt dei oĩno incõmutabílitatẽ pci
pere)haudquaꝙ dícere ea vídemur,quę merito
ſint cõquírenda.Nemo autem nos ſuſpiceť,etſi
iſtiuſmodí affírmamus,eorum ex numero eſſe,
qui etſi Chriſtíanum ſint nomẽ ſortíti,negatu
rí ſint tñ quę ſacra ſcripta de reſurrectione ſan
xerũt.Illí nanq; ex ſinapis grano vel tritící,ſiue
cæterorũ huiuſmodí,ſurgentẽ ſpicã vel arborẽ
proferre,vt lubet,& confirmare níl poſſunt: at
nos nequaꝙ víuificarí qđ ſatũ eſt credímus ní
ſi & moríať:non enim corpus qđ futurũ eſt re
ſurgẽtibus ſemínať.His quippę deus quale col
líbuit corpus largíť:qđ ſane vbi fuerit in cor
ruptione ꝓſeminatũ,ad incorruptionem attol
lit:& de ignobilitate ad gloriã, & ex infirmita
te ad virtutẽ deniq; excitabit:vbí demum fue
rit animale corpus ꝓſeminatum, ſpíritale hoc
exiſtere faciet,Nec ſecus & eccleſiæ Chriſti vo
luntatem ſeruamus,& ꝓmiſſionís diuinæ ma
gnitudinẽ,dei ipſius virtutẽ non ſolũ ſentẽtia
cõprobando,ſed doctrina & verbís:níhil ígna
rí ꝙ ſi vel cęlũ ac terra,& ꝙ his inſunt,aliquan
do ꝓtranſeant,verba tamẽ ſingulis de reb⁹ quę
díuinitus fiũt,haudquaꝙ eſſe ꝓterítura,vt quę
quaſi in toto ſint partes,vel tanꝙ in genere ſpe
cies eius qđ a principio apud deũ eſt verbi &
dei verbi,Libet enim audíre dicẽtẽ,Cęlũ & ter
ra trãſibũt, verba aũt mea nõ tranſibũt. Nos G
ítaq; níl affirmamus corruptum iam corpus ad
priſtinã rediturum naturã,quẽadmodum nec
corruptũ frumentí granum,in frumentí granũ
reuerſurum quãdoq;:quippę qui illud aſſeuere
mus,ꝙ quemadmodũ ſuper frumẽtí grano ex
citatur ariſta:ſic ítem & rationẽ ineſſe corpo
rí quãdã,a quo nõ corrupto,corpus in incorru
ptione reſurgat.Atqui Stoici corruptũ oĩno
corpus affirmant ad priorem ſui rediturũ na
turam,quia pro eoꝝ ſentẽtia res ipſę quandoq;
ſint per cęli cõuerſiones,prioribus illís futuræ
perſimíles,& ad ſtatum eundem e quo reſolutæ
ſint,reuerſurę: & neceſſitatíb⁹ quibuſdam
ad eorum opinionem dialecticis hæc demon
ſtrando decernũt.Nec ſane ipſi abſurdiſſimum
alíquid afferre vídemur,cũ poſſe deũ oĩa dící
mus,qui eius ſub nutu vniuerſa eſſe ſat nouí
mus:fateamur præterea nõ poſſe turpia deum:

Esset nãq; hoc pacto deus, vt esse deus non posA sit: si eñ qd turpe peragat deus, pfecto deus esse iam definet. Verũ cũ inquiat Celsus, qđ præter naturã fit, deum nil velle: id dictum sic partiamur. Si enim præter naturã esse quis nequitiam dixerit, nec ipsi quidẽ id inficias ibimus, nolle quippiam deũ qđ naturã excedat, nec ea quidem quę a vitiis prodeunt, vel pręter rationem fiant & æquitatẽ. Quę vero iuxta dei verbum & volũtatem efficiũtur, necesse est statim vt pręter naturã minime sint: non ergo præter naturã sunt quæ per deũ geruntur, vel si mira sint & pter opinionẽ effecta. Q; si violẽti⁹ sint hæc nũcupãda, dicturi haud dubie sumus, quo ad naturam quã vulgatiorem & cõmunẽ desumimus, id facere deũ qđ pręter humanã naturam effecerit, hominẽ prouehendo, efficiẽdoq; vt ad potiorem naturã is immutet & plane diuiniorem, & ita vt hunc talẽ tutetur & seruet, vt suis ex actionibus pręse facile ferat, quid illi collibitũ sit qui seruauerit. Verũ cũ semel dixerimus deum nil velle qđ minus se deceat: id qp pe ne deus esset sustulerit: dicturi etiam sumus, q; si pro deperdita eius nequitia, quis hoim velit qđ & respuendum & improbum sit, velle id deum minime posse. Nos vero tam longe absumus vt ea quę Celsus refert huiusmodi contentiosius improbemus, quippe qui ei⁹ dicta ad verum expendimus, vt illud ipsi assentiamur: deũ nec pccãtis esse & noxię voluptatis, nec rei alicui plane obnoxiũ quæ indecora sit & equitate aberrans, sed rectę & equioris naturę, vt q cũctoq; sit bonoq; orígo. Fatemurq; eum & animę posse vitam perpetuam condonare, nec posse solum, sed & perpetuitatẽ hanc ipsam de se pręsta
B re. Celsi vero ex dictis nihil nos angit, nec Heraclíti qdẽ illud qđ sibi Celsus assũpsit. q; mortui sint stercoribus despectiores: tametsi dixerit aliquis stercora quidem despectui esse: humana vero cadauera vt animæ domicilia & sanctioris præcipue, haudquaq; esse reiicienda, quippe quę ex optimarũ legũ pmissũ, cũ honorib⁹ qui haberi his possunt, & sepultura dignant, ne animę iniuriã inferam⁹, si post ei⁹ excessum haud secus abiecerimus corpus, atq; abiici solent brutorum cadauera. Haudquaq; igitur placeat deo velim vel frumenti granũ iure vt perpetuũ esse decernat, sed ex eo prodeũtẽ aristam: nec qđ id corruptione fit seminatũ, sed qđ ex ea ad incorruptionẽ resurgit. Atq; iuxta Celsum deus ipse vniuersoq; est causa, iuxta nos vero huius & filius: de quo pfecto philosophantes id dicimus, In principio erat verbũ, & verbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ. Quinetiã ad nostrã opinionem nil quiuerit deus qđ iniqui⁹ sit pręter sui ipsius cõditionẽ efficere. Sed videam⁹ q; deinC ceps hunc i modũ prosequit Celsus. Iudęi igit gens quędã priuata effecti, legibus, vti eoq; fert patria consuetudo, statutis, has ipsasq; inter se vel ad id tẽpus fouendo, cultũq; qualẽcunq;, & patriũ alioquin obseruãdo: haud secus agũt ac cæteri hoies, qui patrios qualescunq; sint ritus, tutant. Sic eñ cũ fit, videtur conducere, nõ solũ quia aliis aliter in mẽtẽ venerit qđ arbitrando statuerẽt, existimarẽtq; oino esse seruanda q; in cõmune per se sancirentur: verũetiam q; mũdi partes vti fieri oportuit, a principio sũt aliis aliæ pfidibus dispertitæ, ita vt per principatus quosdã diuisæ regant, & rectius sit cũ singulis actũ si ad illorũ nutũ singula gubernent quib⁹ subiiciuntur. Soluere aũt quę ab ipsis rerũ primordiis singulis locis lege sũt cõfirmata, haud sane fas est. In his quidem ostendit Celsus, Iudæos iuxta se olim Ægyptios, nationem per se priuatam postremo effectos, conditas ex se leges fouisse: & ei⁹ dicta ne singula repetã, & his conducere dixit, si nil secus ac cęteræ natiões, patrios ritus seruarent: & causam profert profundiorẽ, cur illis id vsui sit futurum, ostẽsurus cuiq; leges hos posuisse, quib⁹ sorte obuenerat vt eoq; terrę pręficerent, quos legibus communissent. Videt igit illud significare, Iudeoq; locis & nationi quę his immoretur, aliquem vnũ vel plures pspicere: quibus iuuantibus, Iudæis per Moysen sint positę leges: & seruãdę quidem inqt sunt leges, nõ solũ quia aliis venit in mẽtẽ vt aliter atq; aliter leges sancirẽt, sed qa seruanda sunt quę in mediũ statuunt, & vti par est, & terrę partes vt a principio sunt aliis alię dispertitę pfidib⁹, & per principat⁹ quosdã diuisæ, ita & gubernent. Proide haud sec⁹ Celsus atq; eorũ oblitus qbus fuerat in Iudęos inuectus, inter eorũ laudes qui patrios ritus essent tutati, nũc & illos cõplectitur inquiens, Et sane cũ singulis recte ageẽ si ita regant, vt pręsidib⁹ illis fuerit collibitũ. Verũ aduerte vt aperti⁹ etiã quantum in eo est, & Iudęũ velit suis vt legibus viuat, nec quoq; pacto ab his vt descíscat. Ait nãq; minus licere q; singulis sunt locis statuta, dissoluere. Sed velim equidẽ Celsum & qui cũ ipso D hæc sentiunt illud rogare: quisnam is fuerit, q primitus terræ partes aliis alias fit prospectoribus impertitus? Et liquet sane Iudęorum terram, & ipsos Iudęos his illisve obuenisse, quib⁹ obtigerant. Num enim vt dixerit Celsus, Iuppiter ille cuiq; vni vel pluribus Iudæorum loca vel ipsos Iudæos distribuit, ita vt qui Iudæã sic sortirentur, Iudæis libuerit vt leges imponerent? An Ioue hoc ipso nolente effectum id est? Vtcũq; itaq; Celsus responderit, conspicaberis

eius dicta in angusto hęrere. Qz si a nemine ali quo vno, terrę partes suis pſidibus sunt dispertitę: constabit ergo vti iubente nemine vel prę-sidente, terram sibi fuisse quęq; vel temere qdē partitum: quod sane vti absurdius est, ita & dei fere sustulerit puidētiam. Quemadmodū vero per aliquos principatus terrę ptes diuisę a suis prędidibus gubernentur, qui velit iam explicet. Denuncient pterea nobis, vti cum singulis recte agatur, vbi ab hisce ad nutum singula q̄q; gerant: & (vt ita dixerim) num recte se habeant Scytharū de interimēdis parentibus leges, seu Persarum, q̄ minus prohibēt filiis matres denubere, vel patri filiam. Verū qd mihi erit necesse ex diuersis gentium legibus q̄ tradita sunt colligenti addubitare, & q̄rere quemadmodum recte agantur quę per præsides istos geruntur?

E At dicat nunc Celsus. Cur non equius fuerit patrias leges dissoluere, quibus sinatur & liceat vt liberis matres, & patri filię nubant, & e vita vt laqueo excedatur: sanciaturq; esse beatius, vt se ipsos pœnit⁹ homines purgēt, igni vt dedāt, per ignēq; ex hac vita discedāt? Cur inquā pium nō fuerit & leges apud Taurinos dissoluere, quibus cauet vt Dianę hospites p hostiis offerantur? vel apud Libyos quosdā, qbus mos est, Saturno liberos immolare? Illud deinde subsequitur Celsus, nequaq̄ Iudæos religiose facere, qui patrias soluerint & sic traditas leges, vt alium deorum neminē colant pręter vnū oim conditorē: & erit qdē apud hūc non natura qd dicit religiosum, sed permissu quodam & arbitratu. Apud hos nanq; Crocodilū colere religiosum est, & vesci quę ab aliis adorātur: apud alios item dū vitulū colunt, pium existimatur: quidam vero & hircum pro deo duxerint. Sic fiet vt quispiā quo ad huiusmodi attinet leges, religiose facere videatur: irreligiose vero quo ad aliorū ritus & mores: quod vtiq; omniū est absurdissimū. Sed par fuerit vt hæc isti defendant, qui dicūt & religiosum esse q patrios mores tutet, nec quoq; pacto irreligiosum qui alienos nil seruet: rursumq; q apud hos illosve irreligiosus habetur, irreligiosum nil esse, si p patria consuetudine, sua quidem seorsum colat, q̄ vero apud alios fuerint qui alienis a suis vtantur legibus, auersetur & diuescatur. Aduerte autem vt æquitatis & religionis & pietatis cōfusionem prætendat, dum pietatem hanc nihil seiungit, perinde nec naturam habeat aliquam propriā, quę pios esse hos exprimat, qui secundum se fecerint. Si igitur pietas ipsa & religio & iustitia in eorū sunt numero quę ad aliquid constant, ita vt pro variis affectibus quibusdā & legib⁹ idem sit religiosus & impius: caue ne & continētia subsequenter in his habeat quę ad aliqd sunt, fortitudoq; item & sapientia, scientiaq; & virtutes huiusmodi cęterę: quib⁹ profecto nihil esset absurdius, si se ita haberēt. Nobis vero simpliciter quidem & vulgatius Celsi dictis instantibus, ad hęc sat forent q̄ diximus: sed cum putemus futurum vt eorū quispiā quę res diligenter & accurate perquirūt, scripta hęc quādoq; perlegat: age perpauca, etsi altiora, perilitando iam exponamus, quæ mystice aliquid arcanæ contemplationis asseruent: quemadmodum a principio aliis alia terræ loca & quę absurdiora iam diximus, sint præsidibus distributa. Age inquam enixius hęc differamus. Atqui mihi Celsus videtur nil recte eorum accepisse nonnulla, quæ de terrestrium rerum partitione altiore mysterio proferūtur. Et Græca quidem historia, hæc leuiter attigit, quosdam inducēs pro diis habitos olim de Attica terra ad inuicem altercatos: faciensq; apud poetas eorū nōnullos qui dii dicuntur, locos quosdam fateri longe plurimum sibi familiares. Barbarorū vero historia, & Ægyptiorū præcipue, istiusmodi quædam de Aegypti legum diuisione ostendēdo commeminit: quemadmodū Minerua quæ Samum sit locum sortita, & Atticam habeat. Aegyptioq; itaq; sapiētes infinita quædam huiusmodi protulerunt: nec tamen sat scio vtrum Iudæos & eorum loca in aliorū quorūdam sint partitione cōplexi. Sed de his quæ extra sacras literas sunt explicata, sat fuerint impręsentiarū quæ diximus. At nunc Moysen ipsi asseueramus, qui dei & vates fuit & seruus gratissim⁹, in Deuteronomio cantico de rerum terrenarū diuisione istiusmodi olim disseruisse. Quando diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam: cōstituit terminos populoq; iuxta numerum filiorum Israel, pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis ei⁹. Quæ autem ad gentium spectant diuisionem, Moyses idem in Genesi in historiæ modum sic narrat. Et erat omnis terra labii vnius, & vox vna cunctis. Et factum est cum mouisset eos ab oriente, inuenerunt campum in terra Sennar, & habitauerunt ibi. Et paulo post, Descēdit autem deus vt videret ciuitatem, & turrim quā ædificabant filii Adam: & dixit dominus, Ecce vnus est populus & labium vnum omnib⁹, cœperuntq; hoc facere, & non desistent a cogitationibus suis donec eas opere compleāt: venite igitur descendamus & cōfundamus ibi linguā eorum, vt non audiat vnusquisq; vocē proximi sui. Atq; ita diuisit eos dns ex illo loco in vniuersas terras, & cessauerunt ædificare ciuitatē, & idcirco vocatū est nomē ei⁹ Babel, qa ibi cō-

fusum est labium vniuersæ terræ,& inde dispersit eos dominus super faciem cūctarum regionum. Et Salomon cum de sapientia disserit,& de linguarum confusione in qua facta in terris sit linguarum partitio,inquit,Hæc quidem & in concordia nequitiæ gentium confusarū,Cognouit iustum & custodiuit illum inculpabilē deo,in filii clementia fortem seruauit.Longior autem de istiusmodi & mystica quędam extat oratio:cui congruit illud, Sacramentum enim regis abscondere bonum est: ne ad quorumuis aures de anima quæ traduntur perueniāt:quēadmodū haudquaq̄ hanc velit e corporib⁹ aliis ad alia corpora demigrare,vtq; nec sancta quidem canibus dentur, nec apponantur margaritę porcis:id quippe impium est.At si aliter faceret,ineffabilia diuinæ sapiētię dicta hi proderent,& perinde ac mendacia redderent: quia de sapientia recte id scribitur,In maleuolā animam non introibit sapientia, neq; habitabit in A corpore peccatis subiecto. Sat autem sit quæ sunt in historiæ modum prolata,aperuisse. Innotescant igitur vniuersi qui in terris sunt homines,& lingua vna quadam & diuina vtantur:& q̄diu inter se ipsi conuenerint,in diuina hac lingua seruentur, maneantq; ad orientem immoti,quoaduscq; tandem quæ lucis sunt sapiant,& quæ splendoris,a luce prodeuntis ęterna:& hi quidem se vbi ab oriente iā mouerint, & senserint quæ ab oriēte sunt aliena,inueniāt in terra Sennar campum,quod vtiq; dentium interpretatur excussio:in signum & argumentum vt ea deperdant quibus & nutriuntur, & eodem inhabitent,perinde ac qui terrena hæc congerunt cælo velint adglutinare quæ illi affigi nil possint,& vt per terrea ista vel illis insidientur quæ sunt terræ expertia, sic inquiant, Venite faciamus nobis lateres,& eos igne coquamus.Vt itaq; lutea hi & terrena obdurant, & molliorem materiam nituntur lapidem reddere,& lutum calcem,ex hisq; ciuitatem & turrim ædificare,cuius summitas quo ad eorum opinionem,cœlum pertingat: tradantur singuli pro motus proportione quo isti plus minusve ab oriente secesserint,proq; ipsa vel laterum in lapides immutatione & apparatu,& luti in calcem,angelis vel plusculū vel minus insensis & grauibus:his illisve tandiu dedantur, quoad luerint suæ audaciæ pœnas:& ab angelis singuli qui propriam sibi linguam effecerit, pro suis meritis ad terræ partes ducantur: & ex angelis hi quidem (vt ita dixerim) ad loca quędam sole exusta traducant:alii vero ad gelidiora,quę et frigoribus incolas ipsos excrucient: in terram alii ad excolendum difficilē, vel paulo mitiorem:alii in eam quę feris sit bestiis plus minusve copiosa. Deinde si quis ingenio valet, tanq̄ sub figura historiæ quę per se quidem vel aliquid habeat veritatis,aliqd vero arcani prętulerit,aduertat quosdam pristinam linguā seruasse,quia ab oriente nusq̄ secesserint,cum & in oriente & orientali lingua permaneant:intelligatq; hos duntaxat domino in portionem cessisse,& populum qui Iacob esse asseueretur,effectum insuper esse,& tabernaculum hereditatis eius Israel:& hi vt principi tantum subiiciantur, qui non ad supplicium subditos vt cæteri solent,desumat. Conspicetur inquam qui po B test, quoad ei licuerit cōspicari qui inter homines agit,vel in eorum vita qui ad præstantiorem illam dei portionē sunt instituti, pergmulta olim fuisse commissa toleratu facilia, & plane eiusmodi,vt horum de causa viderētur nō digni quos destitueret deus: & paulo post maiora quędam hos deliquisse,sed quę ferri etiam possent:& ita vt vbi demum intelligat peccantibus hisce diutius & adhibitam semper fuisse medelam,rediisseq; ad se tandem,& ad deū per temporum interualla conuersos: videat velim haud secus destitutos fuisse & cęteros, qui delinquendo alia sint loca ad habitandum sortiti:& primum quidem minori affectos supplicio & pœnas luisse,propterea ad se vt castigati redirent:aduertat postmodum istis trucioribus principibus traditos,et Assyriis quidem,vt diuina scripta designant,deinceps et Babyloniis: mox itē post allatas medelas peruideat nihilominus hos ipsos scelera in se prorogasse, et idcirco per aliarum gētium duces in alias terras disseminatos,turpiter fuisse abactos,et de industria per proprium regem neglectos,cum ab alienis regibus raperentur:vt et ipse perinde iniuriam vlciscendo,iure posset ex aliis nationibus quoscuuq; liberet surripere, vt captis imponeret leges,et quemadmodum viuendum his esset ostenderet,et ad eum deniq; finem deduceret,ad quem vt primi generis traduxerat natio nes,quæ nil deliquissent. Quocirca ediscant C qui contemplari tanta hęc possunt,eum longe fuisse potentiorem qui sit priscos illos sortitus haudquaq̄ peccatis obnoxios,q̄ cęteri essent omnes:quando hic potuit ex omnium portione delectos quosdam suscipere,et ab illis distrahere qui essent ad cruciatus desumpti,& legibus applicare et vitæ,quę ad præteritorum cōmissorum obliuionem conducerent,Sed,vti prędiximus, hęc nobis sint dicta,monstrantibus nil recte hos audisse,qui terræ partes affirmant vel a principio fuisse prędidibus aliis alias ad regimen impertitas, et per principatus diuisas et

gubernari. Enimuero vbi ab oriente dimoti q= dam peccarunt: traditi sunt in reprobum sen= sum, & in ignominiæ passiões, cordiumq; suo= rum desideria, & immunditiam: vt peccato ex= D satiati id oderint. Sed haudquaq; Celso assen tiemur volenti & affirmanti idcirco recte cum singulis agi, quia terræ partibus dispertiti sint præsides: quin placet non tanti istorum res fie ri, quanti his libet. Videmus enim quę vel a principio singulis sunt locis statuta, & sãctio= ra fore & pietate pręstare, si diuinis quibusdam & potioribus legibus quandoq; soluãtur: quas vtiq; Iesus vt potẽtissimus tulit, a pręsenti nos & nequam hoc seculo eximens, & a principi= bus seculi huius qui destruuntur. Impium ve= ro non se illi permittere, qui vniuersis princi= pibus sit & potentior visus & demõstratus: quẽ vtiq; deus hũc est in modum affatus, sicuti an= te generationes iam multas pręcinuerunt pro= phetæ, Postula a me & dabo tibi gentes hæredi tatem tuam, & possessionem tuã terminos ter= ræ. Is enim a nobis expectabatur, qui ex gentí= bus in eum credidimus, & in deum qui eius est E pater. Quæ autem diximus, non solũ ad con futanda quæ de præsidibus terræ traduntur, plurimum valent: sed & Celsi dicta quæ istiusmodi sunt, intercipiunt. Inquit enim. Accedat autem & secundus: at nos istos rogabimus, vn denam prodeant, vel quãnam habeant princi= palem & patriam legem? Nullam profecto di= cturi sunt, tametsi ex Iudæorum & hi lege eru= perint, & præceptorem ipsum & ducem non aliunde acceperint: & a Iudæis alioquin desci= uerunt. Nos quidẽ & singuli in postremis die= bus prodimus, vbi Iesus noster aduenit, in con spicuum & excelsum domini montem: q & ver bum sit quod omne verbum excedit, & in do= mum dei, quæ vtiq; viuentis est dei ecclesia, co lumna insuper & fundamentum veritatis: & in monte quidem ædificatur, in mõtium summi= tate: omnium scilicet propheticorum dictorũ, quæ ferme constat huius esse domicilii funda= mentum. In sublimi autem domus & supra o= mnes montes esse hi ostenduntur, qui præci= puũ aliquid apud homines in sapientia & ve= ritate de se videntur promittere. In eam vero domum gentes nos omnes cõueniemus, & gẽ= tes tam multæ ambulabimus, & mutuo nos ad diuinum illum qui per Iesum illuxerit cultum hortando, dicturi sumus, Venite ascendam9 in mõtem domini, & in domum dei Iacob, & an= nunciabit nobis viam suam, & ambulabim9 in ea. Exiuit nãq; ex Sion lex, & conuersa est super nos spiritalis, & verbum domini super Hieru= salem illam exiuit, vt quod vbiq; sit depascatur, & gentes diiudicet: eligens quidem quos videt obœdientes, redarguens vero populum multũ & contumacem. His autem qui ita nos rogitẽt vndenam prodeamus, vel quem nacti simus du ctorem: sic respõdebimus, Venisse nos quidem pro Iesu monitis vt bellicos nostros & rationa= biles gladios confringamus, ita vt qui cõsume liosi sunt conflemus in vomeres, & lanceã no= stram pugnacem in falcem. Non enim de cæte= ro gladium aduersus gentem nos capimus, nec ad bellum instruimur, pacis filii per Iesum iam reddíti: qui vtiq; pro patriis legibus, in quibus eramus a duplici testamento adhuc alieni, nos ductat lege accepta, qua super ei gratias dici= mus, qui nos ab errore exemerit falsos quosdam deos olim asseuerãtes, & vana idola nostros si= bi quondam comparasse maiores, quos inter, deus alioquin pluit nemo. Dux itaq; noster & instructor ille a Iudæis egrediens, suæ doctrinę F verbo mundum vniuersum depascitur. Ve= rũ ne & illa præteamus quæ subsequenter per Celsum traduntur: age & hæc explicemus. Vte tur autem aliquis (inquit) vel ipso Herodoto ad eam rem teste, ita dicente: Qui enim ex Ma= rea ciuitate vel Apio oppido incolunt montes Libyę proximos, videntur Libyi esse non vltra Ægyptii. Nam cum de sacrorum cultu hi an= gerentur, qppe q phiberi nollent quo minus & fœminas boues mactarent: ad Hammonem mi serunt qui dicerent nil sibi cum Ægyptiis esse commune, nimirum qui extra Delta regionem incolerẽt: nec fas sibi esse quæ illis in esum sint degustare. At Deus nil fuit eos hęc facere, af= firmans eam Aegypti regionem esse quam Ni lus inundans rigaret, & ex Aegypti partibus esse illos satis constare, qui supra Elephãtinam vrbem loca inhabitent & eodem ex flumine bi bunt. Hęc Herodotus. Hammon vero dęmo G nes ad nos delegando, Iudęorum nulli inferior est. quo fit vt haudquaq; iniquum sit sua quę= q; legitima colere: plurimum tamen hęc pro gentium ritibus differre comperiemus, & alio= quin recte singuli existimare videntur. Æthio pum siquidem qui Meroen habitant, Iouem duntaxat & Bacchum colunt, Vraniam Ara= bes tantum & Bacchum, Osirim Aegyptii o= mnes & Isidem, Mineruam Saitę, Naucratitę autem noui ex ritu vetustiore quem colerent Sarapim nuncupare cœperunt, & cęteri item pro legibus factitant: & hi quidem ab ouibus abstinent, quippe quas vt sacras obseruent & venerentur: a capris nonnulli, a Crocodilis quidam & bobus sed fœminis abstinent: ab apris pleriq;, vt quos plane obhorreant: Scythis insuper vel humanis carnibus vesci, pulchrum

videtur. Sunt præterea ex Indis nonnulli, q̃ patris carnem dum esitant, religiose se facere arA bitrant̃. Et alibi quidē is idē Herodotus inquit: vtar autem huius iterato dictis, vt nostris faciam fidem. Si enim vniuersis proponat mortalibus quispiam vt cunctis ex legibus deligant potiores, suas quiq; nimirum leges contemplati vt optimas, longe magis sunt delecturi, non aliam quampiam vti par esset: vel insanum hominem dixerint, qui aliter forte decerneret. Qz autem de institutis & legibus id existiment homines, multis quidem & aliis argumentis licet expendere. Darius nanq; Græcis omnibus ad se conuocatis qui sub eius essent imperio, illud rogabat: Cuiusnam præmii magnitudine genitores velint demortuos esitare? At illi nulla professi sunt id se quandoq; facturos. Tum idem, accitis ex Indis qui Calatiæ vocitantur, apud quos parentes esitandi mos est, adhuc Græcis astantibus, ex interpretum relatu edoctus quæ dicerentur, quonam precio sciscitatus est illi admitterent, vt defũctos parentes igne cremarent. Tum illi magnũ in modum obstupefacti, Darium meliora loqui iusserunt. Sic itaq; sunt hęc lege statuta, vt immutari nefarium sit. Et sane rectius videtur Pindarus facere, qui legem dixit omnium ducem. Per hoc igitur in præsenti videntur Celsi dicta ad illud transire, ꝙ homines omnes pro patriis legibus vt viuant necesse sit, neq; in his obseruandis vllo pacto posse coargui: Christianos vero patriis his destitutis, nec vna ex gente vt Iudęi, cum constent, non sine culpa IesuB se addixisse. Dicat igitur Celsus vtrum decenter hi qui & philosophantur & instruuntur ne deos superstitiose colant, patrias leges reliq̃rint vbi vetitis cibis vescuntur: an pręter decus id agant? Si enim hi per philosophiam & alias disciplinas quæ superstitionibus aduersantur, patriis ritibus destitutis vescantur quę sibi in esum interdicuntur: cur & Christiani vera doctrina prohibente ne simulacris & statuis vacent, vel his quæ creauerit deus intendant: sed negligendo peruincant, & animã conditori commendent, quando haud secus faciãt ac philosophi factitarunt, non id sine crimineC gesserint? Verum vt ea quę proposuit Celsus tutetur, & qui Celso assentiuntur, vel philisophando quempiam dixerint patrios mores seruare: aduerte philosophos, quales inter Aegyptios extitere, vel ridiculum admodum obseruasse: quippe qui ꝓ patria tutanda consuetudine, nec cepas ederent, & a quibusdam bruto rum corporis partibus abstinerent, vt armo & capite, ne forte maiorum traditiones execderent: nec tamen de Aegyptiorum ineptiis & quæ de corporibus brutorum delirant aliquid dixerim, quę vel ipsa natura exhorret. Nam si quis ex istis vel forte philosophetur, vel ritus patrios seruet: ꝓfecto ridiculus quidam arguetur esse philosophus, q̃ se minus philosophice gesserit. Sic igitur qui ex Iesu disciplina ad dei omnipotentis cultum traducitur, & ꝓ patriis moribus in inferioribus hisce apud simulacra & quæ mortalium manibus effingũtur & obfirmantur, resideat: nec velit animo ad conditorem illũ ascendere: eorum profecto persimilis fiet, qui didicerit quidem quę ad sapiẽtiæ studium pertinent, metuat tñ quæ minus fuerint formidolosa, & putet impiũ esse re aliqua vesci: qualis est Herodoti Hãmon, cuius respõsa idcirco Celsus complectitur, vt ostẽdat debere singulos, patrios ritus seruare. Enimuero si Hãmon fœmellas boues mactãdi vsum idcirco Libyis interdixit quia id animal ad excolẽdã terram conferat plurimum, vel qa ex fœminis his animantibus id pecudũ genus excrescit: haberent forsitan persuasionis aliqd quę Celsus ꝓtulerat. Nunc vero placuit semel, vt q̃ Nili aqua in potum vtunt̃, fit omnino necesse Aegyptiorum vt leges obseruent, quibus de fœmellis his bobus apud eos cauetur. Et in hoc quidem Iudęorum Celsus angelos carpens, ꝙ ea quę dei sunt nuncient, Hammonẽ dixit haudquaq̃ his esse inferiorem: quoꝝ nec verba scrutatus est, nec plane intelligit quid hi prę se ferant cum hominibus obuersantur. Quod si forte percipęret, videret profecto non boues deum curare vbi de bobus & brutis his animantib⁹ statuit: sed quę hominum gratia sub animalium prętextu huiusmodi sunt literis tradita, naturæ rationem aliquam continere. Celsus igitur nõ iniquę facere singulos dicit, qui suas colere leges voluerint: vnde illud mox sequitur, nil iniustius agere Scythas, quando pro patria consuetudine homines esitent: & ex Indis qui paterna carne vescuntur iuxta Celsum facere sanctius videbuntur, vel saltem non impie. Explicat autem is Herodoti dicta ad id facientia, ꝙ patriis quisq; legibus decenter vtatur: & similis eius videtur, qui Darii temporibus Indos quosdam Calatias tunc nuncupatos, suscepęrit simul & laudarit, quibus esitandi parentes mos esset: quandoquidem Darũ hi sciscitantem cuiusnam rei magnitudine & prẽmio eorum vellent legem deponere: ingẽti edita voce, loqui meliora iussissent. Duob⁹ igitur generaliter propositis legibus, altera quidem naturæ, quam tulerit Deus; altera quæ scripto constet, & in vrbibus valeat: par fuerit quanD

do diuinę legi lex ſcripta nil aduerſatur, ſub pe
grinarum legũ prętextu, mœrore ciues nullo af
D ficere. Aſt vbi ſcriptę legi cõtraria naturę, dei
lex quicq̃ iniunxerit: aduerte vt vera doctri-
na diſperditum iri legem hanc ſcriptam, & la-
torum legum placita iubeat, & ſeſe deo vt verę
legis conditori quiſpiã dedat, & huius ex diſci
plina & vitam ducat, vel ſi cum vitæ diſcrimi-
ne, laboribuſq; infinitis, & mortibus, ſiquidem
id agi oporteat. Eſt enim abſurdius, humanis
vt legibus vel legum huiuſmodi ſectatoribus
quis obſequatur, cum leges diuinę ſint ab his
alienæ: ſiquidem haudquaq̃ poterit quiſpiam
deo ſimul & hominibus obtemperare, vel exe-
qui opera iſta humana qui deo velit gratiſſi-
cari. Si enim in cęteris naturę ipſius pręferen-
da ratio eſt, quę dei lex ſit, & potior plane ha-
benda q̃ ea ſit quę ſcripto conſtet, & per homi-
nes contra dei legem ſit conſtituta: cur non id
potius agendum in dei legibus fuerit? Non em̃
Aethiopum more q circa Meroen incolunt lo-
ca, Iouem Mineruãq; duntaxat, vt cuiq; libitũ
erit, & ipſi culturi ſumus. Sed nec Aethiopi-
cos quidem ritus ſeruabimus, nec honore ali-
quo proſequemur, quos his venerentur: neq;
Arabes Vraniam ſolum & Bacchũ deos puta-
bimus: quin potius nec deos dixerimus, quos
inter cum mares eſſe, tum fœminę exiſtimant̃:
ſiquidem Vraniam Arabes, vt fœminam co-
lunt, & Bacchum vt marem: neq; vt Aegyptii
omnes pro diis duxerimus, Oſirim & Iſidem:
nec demũ Saitarum more, cum iſtis & Miner-
uam annumerabimus. Verum ſi Naucratitis
illis & priſcis alia ſunt vt colerent viſa, iunio
res autem Sarapim colere cœperint, qui nunq̃
alias fuerit inter deos relatus: nil tamen ipſi
eundem in modum, nouum quempiam, & qui
prius nuſq̃ extiterit nec vlli ſit cognitus, deũ
eſſe aſtruimus: cum dei filius omnium q̃ con-
dita ſunt primogenitus, etſi recens ſit viſus car
nem ſumpſiſſe humanam, haud tamen nouus
propterea fuerit: quippe quem eſſe vniuerſis
conſtat rebus, quæ quidem creatæ ſint, vetuſti-
orem, vt ſacræ literæ tradunt: & ad hunc ipſũ
a deo de hominis creatione verba fuiſſe hu-
iuſmodi habita, Faciamus hominem ad ima-
E ginem & ſimilitudinẽ noſtrã. Sed velim eq-
dem plane oſtendere non iure Celſum id pro-
tuliſſe, propria ſingulos & patria colere. Hos
enim ait, qui Meroen incolunt, duos tantũ no-
uiſſe deos, Iouem & Bacchum, & ſolum hos co
lere: Vraniam vero ſeorſum ac propriam, vt
eius eſt hiſtoriæ ſeries. Si itaq; neq; Aethiopes
Vraniã colunt, neq; Arabes ipſi & Ioue: flet er
go vt ſi quis Aethiopũ neceſſitate aliqua ad
Arabes venerit, ipietatis coarguatur, vt q Vra-
niam colat, & iuxta id vitę periculum ſubeat: &
Aethiopi conduxerit potius mortẽ vt oppetat,
q̃ pręter patriam faciat cõſuetudinẽ, & Vraniã
colat. Q2 ſi facere eũ pter patria iura pfuerit:
haud tamen quo ad Celſi dicta, pie hic fecerit.
Si vero ad mortis viam is adigatur, oſtendat
Celſus quo iure ſit illi mors potius ſubeunda:
ipſe vero haud ſane intelligo: ni forte Athio-
pum diſciplina de animę immortalitate doceat
philoſophari, quemadmodũ honos ſit cultori-
bus his deferendus, qui iuxta patrias leges ſta-
tos colant & legitimos deos. Nec ſecus dici &
de Arabis poteſt qui neceſſario ad Aethiopes q
circa Meroen ſint demigrarint. Hi nanq; vel
Vraniã colere ſolũ, & Bacchũ edocti, nequaq̃
ſunt Ioue cum Indis adoraturi, vnde nil pie co
lere exiſtimant̃. Hos itaq; ſi idcirco ad mortem
Aethiopes rapiant: quidnam qd æquũ ſit fece-
rint, promat nunc Celſus. De Oſiris vero & Iſi
dis fabulis ocioſum eſt in pſenti aliqd explica-
re, nec ſat opportunũ, tametſi ab his interpten
tur & fabulę, a quibus inanimatam aquam co-
lendam eſſe inſtruimur, nec ſecus & terram, quę
mortalibus eſt vniuerſis & brutis ſubiecta. De F
Serapide autem & longior quidem & diſſona
hiſtoria eſt, cum paulo ante in medium Ptole-
mæus prodidiſſet, et magicis vellet præſtigiis
Alexandrinis ciuib9 perinde ac apparẽtẽ hunc
deum oſtendere. Legimus tamen apud Nume-
nium Pythagoreum illum, e quibuſuis anima
tibus ſiue plantis per naturam iam inſtitutis,
Serapidem hunc ſubſtãtię aliquid ſibi deſume-
re, et eius participem fieri: ita vt videat ex im-
perfectis initiationibus & veneficiis, non a ſta-
tuariis ſolum et imaginum confictoribus deus
parari, ſed per magos, & venefico s quoſdam &
dęmones qui carminibus volutantur. Queren
dum eſt igitur rationali animanti & manſueto
& conſideratius omnia factitanti, in eſum quid
congruat quidve minus conueniat, & non ve-
luti iure quodã hæreditario, oues & capras vel
boues vt colat imponenda neceſſitas, a quibus
vt abſtineatur modeſtius fuerit: ſiquidem plu-
rimum ex his vtilitatis mortalib9 vendicatur.
At Crocodilis quidem parcere et ſacros hos di
cere neſcio cuius commentitii Dei, quo pacto
non fuerit omnium ſtolidiſſimum? Eſt em̃ vala
de furentiũ velle his parcere quæ minime par-
cant, et beluas eas tutari quæ homines vorent.
Celſo vero bene placent, qui pro patria quadam
conſuetudine, Crocodilos vt homines colãt,
& plane defendant: & in hos quidem nihil
is vſpiam ſcripſit, qui Chriſtianos idcirco in-
cuſet & crimineturꝰ, quia vitia vt reſpuant

inſtruuntur, & ab his ſimul prodeuntia opera fugitent, virtutem vero honore proſequantur & cultu: vt quę a deo ſit inſtituta, & ab eo prodierit, & iuſtitiam colãt quę dei filium pręfert. quemadmodum & huius Apoſtolus patefacit, cum de eo ſic loquitur, Qui factus eſt ſapientia nobis a deo & iuſtitia & ſanctificatio & redẽptio. Q; ſi vel ſecundum deũ dixerim9, intelligat Celſus, quod ipſi ſecundum dicimus, deum haudquaq̃ nos aliud dicere præter virtutem quæ virtutes omnes in ſe complectatur: & rationem, quæ omnium rerum ſecundum naturam quæ conſtant, & principaliter ſint effectæ, & ad vniuerſorum vtilitatem, contineat rationem: quã vtiq; Ieſu animo longe plurimũ q̃ cęteris animis & cohæſiſſe & vnitam eſſe nos tradimus: vt qui perfecte ſolus percipere queat, quemadmodum per ſe verbum, per ſe ſapientia,
A per ſeq; & iuſtitia ſit. Cum autem iſtiuſmodi pleraq; de legum varietate protulerit Celſus, & illud adiecit: Recte eñ feciſſe Pindarus mihi videtur, qui legem dixerit cunctorum ducẽ. Sed age vel de his diſſeramus. Quã eñ ais ducem omnium legem? Si omnium, hoc eſt eorũ affirmes qui ſingulas incolunt ciuitates, id plane falſum eſſe arguitur: quippe cum nõ omnes ſub lege vna regantur: quin dici oportuit duces idcirco omnium leges, quia cunctis ex legibus nationes ſingulas lex aliqua moderetur. Verum ſi proprie legem acceperis quæ natura ipſa cæteris præſideat legibus, Ieſus profecto lex erit huiuſmodi: tametſi hunc quidam, prędonum in morem, deſertis iam legibus denegando, piratice & per iniuriam viuant. Nos vero & Chriſtiani, qui legem cognouimus quæ inter cæteras leges ſuapte natura teneat principatum, & cum lege diuina vna & eadem ſit, ſecundum hanc & viuere cõnitemur: legibus illis procul abire iuſſis, quæ minus ſint leges.
B Sed videamus quę ſubſequenter Celſus ediſſerat: in quib9 de Chriſtianis perpauca admodũ, de Iudęis permulta ſic infert. Si enim iuxta hęc propriam legem tutantur Iudæi, non tamen idcirco eorum facta culpanda ſunt, ſed illorum potius incuſanda, qui propriis & ſuis relictis, Iudaica quędam ſectantur, & veluti ſapientiora quędã aſciſcunt. Q; ſi pro ſumma id ſapientia habent & glorię ducũt, haud ſane ex æquo aliorum defugiunt conſuetudinem: ſiquidem iandiu perceperint, nequaq̃ ſcire de ſe, vel vt proprium profiteri, de cælo quod ſentiunt & opinantur. Sed vt cętera omittam, & Perſis vt declarat Herodotus, olim id viſum. Putant eñ hi (inquit) Ioui ſacrificia facere, vbi celſiſſimã conſcenderint ſpeculam, Iouem cæli circulum nuncupãdo. Nil igitur duxerim intereſſe, vtrũ Iouem altiſſimum, ſiue Zena, ſiue Adonęum, ſiue vt Ægyptii Hãmonẽ quis dixerit, ſiue Pappęum vt Scythę: nec ſane idcirco fuerint hi cęteris ſanctiores, quia & ipſi circũciduntur: idipſum enim Ægyptii & Colchi priores iã facti tarunt. Nec quia ſuibus abſtinent iſti & apris, qđ vtiq; & Ægyptii fecerint, ſiquidem nec capris hi, nec bobus, nec piſcibus, nec fabis veſcũtur. Pythagoras pterea & eius diſcipuli, a quouis animantium genere abſtinebant: neq; par erat vt hi apud deum tam enixe proficerent, & præter cæteros tantopere probarentur, vt ad hos ſolum angeli cęlitus legarentur, perinde ac beatorum eſſent loca quædam ſortiti. Spectamus enim cum iſtos, tum eorum & regionem, quibuſnã ſint a deo rebus dignati. Abeat itaq; in rem malam hominum iſta conſociatio inſolẽtiæ pœnas deniq; luitura, quæ magnũ deum ignoret: quippę quę per Moyſen ſit magica arte ſubducta, & fraude intercepta, vt cuius non ad rectiorem aliquem finem ſubierit diſciplinam. In his autem perſpicuum eſt Celſum Iudęos arguere & incuſare, perinde ac falſo ſe opinentur ſupra cęteras nationes in dei portionem fuiſſe delectos. Sic fit vt ſuperbiæ eos coarguat, perinde ac deum magnum vnice iactẽt, quem plane ignorent: & per Moyſen ſint magica arte ſubducti, & demum eluſi, nõ ad rectiorem exitum diſcipuli redditi. Nobis vero in partem, ſuperius pleraq; ſunt de eleganti illa & præcipua Iudæorum videlicet republica, explicata, cum illis de ciuitate dei, eiuſq; templo conſtitutum eſt, ſignum: nec ſecus & cum de altari per nos mentio fieret, de cultu illo ſacerdotali ſat diximus. Si quis autem mentem intende- C
rit, & Moyſis qui legem tulit voluntatem obſeruet & vitam, hæcq; diſcutiens cum cæterarum nationum cõferat inſtitutis, nullius profecto alterius vitam is demirabitur: ſiquidem Moyſes ille vniuerſa ſuſtulerit, quæ hominum generi nihil conducerent: ſuſceperit vero duntaxat & fouerit, quæ vtilia forent & omnibus profutura, ita vt nec certamina eſſent apud Iudæos hos inſtituta, qualia apud gẽtiles, in quibus nudi hoies decertarent, vel ex equis contenderent, proſtituerẽturq; omnium libidinibus fœminæ, & per impudicitiam naturę illuderetur. Sed illud pfecto erat apud Iudęos pręcipuum, vt vel a teneris vnguibus excedere naturam omnem & ſuperare ſenſibilem diſcerent, & nulla eius in parte reſidere deum exiſtimare, vt quem in ſupernis & extra corpora conquirebant. At quanti illud! cum vixdum nati, vbi primum verba formarent, de animæ immorta-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

litate instruerentur, & quid esset apud inferos æquitatis, quidve honorum maneret, qui recte vixissent, quę forte pueris hisce adhuc & pueri lia sapientibus, per fabulã olim p̃dicabãtur: doctrinã vero dũ interea per ętatẽ cõquirerent, & in ea proficerẽt plurimũ, quę visa his forte sunt (vt ita dixerim) fabulosa, ad veritatem demũ cõuertebãtur, quę vtiq; hos latuisset. Ipse vero existimauerim, quia dei portio dicerent Iudęi, pro nuncupationis huiusmodi dignitate, vaticinii genus omne, vt frustra hoies agitantis, & a perditis dæmonibus potius prodeuntis, q̃ ab aliqua p̃stanti natura, hos cõtempsisse: & hisce in animis maluisse futurorũ inuestigare cognitionẽ, qui ob pręcipuã puritatẽ, dei suscipiant
D spiritũ. De eo aũt qd erit dicẽdũ qd ex iisdem Moysi decretis emanat, vt nequeat nisi ad sextũ annũ quis seruitute obstringi: vnde quanta sit hoc ratione expensum qs explicauerit? quãdo nec dñs quidem nec seruus ea moderatione offendit. Non igit eadẽ cõditione ꝓprias leges Iudęi, qua & nationes cæteræ tuebuntur. Esset em̃ his criminosum, nec plane suarũ legũ senserint excellentiam, si illas putarent haud secus ac aliarũ gẽtiũ statuta fuisse cõscriptas. Fit itaq; vel nolẽte Celso, vt sapientius quiddã Iudęi non solũ præ cętera multitudine sentiãt, sed & his qdẽ q philosophari videtur. Philosophi siquidẽ post elegantes illas philosophiæ disputationes, ad dæmones & idola recidũt: Iudæorũ vero vel minimus quisq̃ summũ duntaxat deũ aduertit, & egregie quidẽ, quo ad eã rẽ spectat, hũc gloriæ ducit: & aliorũ declinat cõsuetudinẽ, vt quos sceleratos & impios ducat. Et vtinã nõ hi deliquissent legem præuaricãdo, cum primum & prophetas sustulerint, & in Iesum deinceps molíti insidias sint: vt cælestis nos ciuitatis haberemus exẽplũ, quã & Plato describere conquisiuit: q vtiq; haud sat constat vtrũ ea in re tantũ valuerit quãtum Moyses ipse & posteri, qui genus illud olim electum & deo inhęrens puerilibus verbis & superstitione quauis expertibus, educarũt. Sed postq̃ Celso animo sedet grauissimas illas Iudæorũ institutiones nationũ quarundã legibus cõmunes efficere: age & de his consideratius disseramus. Putat em̃ qd de Cælo sentiunt quidã, ab eo nihil differre, qd per alios de deo decernit: aitq; Persas vel iuxta Iudęorum consuetudinẽ in altissimis montibus Ioui sacrificia facere: nescius tñ quẽadmodum vt vnũ tenent Iudęi deum, sic & vnicum tenere oratiõis sanctius domicilium, vnũq; ad sacrificiorũ officia exequenda altare, & vnum adolẽdi incẽsi, & ita Pontificẽ vnum, vnde nihil erat profecto Iudæis cũ Persis commune, dum celsiores mõtium qui plurimi apd hos sunt isti cõscenderẽt, & hostias eas litarẽt quæ nihil cum his haberent similitudinis, quę ex Moysi lege constabãt: iuxta quã in exẽplari & vmbra cęlestium seruiebãt Iudęoꝝ tunc sacerdotes, qd sibi lex de sacrificiis vellet narrantes, & quorũdã signa hæc essent. Persę igit cæli ambitum omnẽ vocitent Iouem: nos vero nec Iouẽ ipsum, nec cælũ esse dicim⁹ deum: quippe quos minime fugiat, nonnulla deo longe inferiora, cęlum iã ipsum & naturã omnẽ transcendisse sensibilẽ. Vnde nec id ignoramus, Laudate dñm cęli cælorum, & aquæ q̃ sup cælos sunt laudẽt nomẽ dñi. Verũ cũ nihil differre autu F
met Celsus, vtrũ Iouẽ qs altissimum dixerit, siue Zena, siue Adoneum, siue Sabaoth, siue iuxta Ægyptios Hammonẽ, siue vt Scythæ Papæum, age de his perpauca disseramus: & simul qui ista plegerit, eoꝝ esse admonitũ volumus, quæ ad hoc ipm superi⁹ diximus, vbi ad hæc nos Celsi ꝓuocauit oratio. Nunc igit ita decernimus, noim ipsoꝝ naturã nõ imponẽtium leges esse, vt Aristoteles putat: nõ em̃ ab hoibus principium habẽt mortaliũ linguę, vti illis perspicuũ est q incũbẽdo ꝓnoscere naturã veneficioꝝ & carminũ possunt: q̃ vtiq; & ꝓ loquẽdi varietate, & noim sono, linguarum inuẽtoribꝰ accõmodãtur: de quibus noibus breuiter supra nõnulla perstrinxim⁹, affirmãdo in aliã linguã noia ipsa traducta q̃ suapte natura, & in ꝓpria lingua plurimum valeãt, nil vltra efficere, quæ suo sono antea effecissent. Iã vero vel in ipsis hoibus istiusmodi aliqd inuenitur. Nõ em̃ eũ q vel ab ipso natali die sit gręcũ nomẽ sortit⁹, si vel in Ægyptiã, vel in Romanã, vel aliã quãuis nuncupationẽ nomẽ id trãstulerimus, cogere vt aliquid patiatur liceret, vel vt alios ipse quocunq; malo afficeret, quẽadmodum si suo & natiuo noie diceret. Quin neq; is quidẽ cui sit a principio Romanum inditũ nomen, si in gręcã id linguã traduxeris, fecerit qd facere carmen de se pollicebitur, si eius & pristinum cõplexum sit nomẽ. Q̃z si de humanis noibꝰ cum ista trãdãtur, vera esse sat constet: quid erit de nuncupationibus hisce existimãdum, q̃ multifariã deo attribuuntur? Age itaq; (ita vt dixerim) quispiam in græcã vocẽ Abraham nomẽ id transferat, exprimatq; ex Isaac quippiam appellatione, ex Iacobq; itẽ aliqd ꝓtẽdat hac voce: ita vt vel inuocando vel adiurando, deum Abraham nominet, siue Isaac deum, siue Iacob deum appellet: facturus est ꝓculdubio ob istoꝝ siue naturam, siue virtutẽ, qd aio destinarat, & ita vt deuicti dæmones cuiuis ista pronũciãti procumbãt & pareãt. At si deũ tonãtis patris,

& irrisionis & deceptionũ deũ quis nuncupauerit:haud secus nil prorsus inuocat9 hic de9 peregerit,ac aliud quippiã qđ nil penitus viribus valeat. Itẽq; si Israel in peregrinã linguam aliquã traducamus,nihil haud dubie exequemur:at si inuiolatum id nomẽ seruarimus, his illud nectẽdo nominibus quib9 & nectere & applicare ei9 rei peritiores cõsueuerũt:tunc proculdubio ex ea nominis appellatione futurum est aliqd,quale istiusmodi solent inuocationes
A de se polliceri. Id ipsum & de Sabaoth nũcupatione dicturi nos sumus, qđ vtiq; multis in locis inter vota & pces admittit:q; si forte id nominis in nomẽ aliud trãsferamus, vtputa, dñs virtutũ,vel exercituũ dñs,siue omnipotens,cũ dicẽdum Sabaoth sit,nihil proficimus: si vero sua ꝗq; voce tutabimur,plurimum,vt recte affirmant qui hæc optime callent. De Adonai hoc ipsum dixerimus. Si igit nec Sabaoth, nec Adonai cũ ex Græco sono in aliũ & peregrinũ trãsferuntur,aliquid peragunt: quanto magis nec apud eos sunt hęc valitura, nec vim vllam penitus habitura,qui nihil esse discriminis arbitrantur vtrum Iouem altissimum dixeris,an Zena,an Adonęum,an Sabaoth quiuis protulerit! Hæc quidẽ & his similia cũ sint æque nefanda,vbi Moysi & prophetis innotuere:prohibuerunt deorum nomen eius in ore versari,cui curæ dũtaxat foret deũ & solũ precari,qui cunctis ꝑsideat rebus: nec eo in corde qđ a quauis dictorum factorumve vanitate didicerit abstinere,vllam huiusmodi recordationem admitti. Vnde idcirco malum9 omnes pœnas subire ꝗ deum esse Iouem fateri:non eñ eundẽ & Iouẽ esse & Sabaoth dicimus,nec prorsus Iouem quicꝗ habere diuinitatis,sed dæmonẽ quendã in malã eius crucem sic appellatum, nec mortalibus ipsis nec deo vero acceptũ. Quinetiam vel si Ægyptii ipsi Hammonẽ proponãt nobis pro deo habendũ,vel mortẽ alias cõminentur, moriendũ potius esse cẽsebimus, ꝗ Hammonẽ deũ pronũciandũ:cum in Ægyptiis quibusdã carminibus inuocatus hic dæmon admittitur. Dicunt ꝑterea & Scythæ Pappæũ deum esse ꝗ omnibus præsit:at nos haudquaꝗ hunc credimus,qui verũ & vnicum rerum præsidem deũ astruimus:nõ tamen vt ei placet qui Scytharũ attigerit solitudines,eorumq; & nationẽ sit & linguã sortitus,Pappæũ ꝓprie diuinitatis hoc nomine deũ pronũciamus. Scythice itaq;, vel Ægyptiace,vel quauis lingua quisq; sit educa-
B tus,si deũ appellet nil fallitur. Enimuero Iudęi nõ eadẽ de causa circuncisionem hãc fecerint, qua vel Ægyptii circũcidũtur,vel Colchi:vnde nec similis putanda est circũcisio: & quẽadmodũ ꝗ sacrificia facit,nõ vni eidemq; cui alius forte sacrificet,immolat, tametsi sacrificare similia videat:& qui preces fundit & vota, nõ eundẽ quẽ alius quispiã,orando precabitur,etsi ꝑcari sit eadẽ visus:haud secus & ꝗ carne ꝑcidit,ab alicꝫ circũcisione penitus est alienus: propositum nãq;,& lex, & volũtas circũcidẽtis alienã rem facit. Et vt clarius innotescãt ꝗ hoc loco dicũtur:dicẽdũ est & iustitiæ nomẽ apud Græcos oẽs idẽ valere,idq; pluribus argumentis cõstare:cũ alioquin alia sit apud Epicurum iustitia:apud Stoicos alia,triplicẽ animę partitionẽ negantes:alia apud Platonicos, qui propriam partium animæ actionẽ esse iustitiã tradunt. Sic itẽ alia erit Epicurei fortitudo, ꝗ dolores idcirco sustineat vt maiores defugiat:alia Stoicorum, qui in iustitia consistere virtutem oẽm affirment:Platonicorũ itẽ & alia,ꝗ animæ partẽ esse hãc dicũt, cui & locũ circa pect9 decernũt. Sic iraq; erit & ꝑ variis circũcidẽtiũ sedecretis, & varia circuncisio: de qua minime sunt in hoc opere plura nunc differẽda. Si cui vero libuerit quænã nos ad hæc ꝓuocauerint nosse:legat ea ꝗ in epistolã Pauli ad Romanos iã diximus. Nã etsi circũcisionẽ & iactãt,& gloriæ ducũt Iudæi,eã tñ nõ solum a Colchica & Ægyptiaca circuncisione seiunxerint,sed Ismaelitarũ & Arabũ:cũ alioquin & Ismael a progenitore ꝓdierit Habraã,& cũ eo sit circuncisus. Asserũt aũt circũcisionẽ ꝑcipuã esse Iudęi,quæ in octauũ diẽ sit instituta: ꝗ vero nõ istiusmodi sit,ex discrimine aliquo factã affirmant. Et forte angeli cuiusꝑam gratia Iudaicę nationi infensi,circũcisio ista peragebat,ꝗ posset quidẽ incircuncisis obesse,nil tñ in eos ꝗ circũcisi iã essent valeret:qđ vtiq; ex his patere qs dixerit ꝗ sunt in Exodo scripta,vbi angelus anteꝗ esset Eleazar circuncisus, nocere Moysi poterat: vbi vero ille est circũcisus,aduersus hũc angelus moliri nil valuit. Tulit enim Sephora illico inqt acutissimã petrã,& circũcidit ꝑputiũ filii sui,dixitq;,Spõsus sanguinũ tu mihi es: nouerat eñ de hoc angelo dici,q; ante effusum sanguinẽ plurimũ posset:vbi vero sanguis e circũcisione manasset,nõ multũ,& quieturus deniq; esset:vnde ad eum hęc habita sunt, Spõsus sanguinum tu mihi es. Sed hęc hacten9,quãdo- C
quidẽ difficiliora esse appareant, & nõ oĩm auribus accõmodata:si modo vnũ illud,vt Christiani officio fũcti,mox adiecerim9,ad ea postmodum transituri quę subsequuntur. Potuisse eñ angelum dixerim illis officere,qui nequaꝗ essent e populo circũcisi,& oĩbus deniq; ꝗ solũ colerẽt cõditorẽ: & tandiu hos puto vim hanc habuisse,ꝗdiu Iesus nondũ corpus susceperat.

At vbi illud assumpsit,& eius caro est circunci
sa,sublatã simul fuisse illius & in hos potestatẽ
qui in diuino hmõi cultu sunt circũcisi:nã in-
effabili Iesus hunc angelũ sustulit deitate:vn-
de idcirco eius discipulis inhibetur ne se circũ
cidãt:quib9 & illud in eã sententiã dicit,Si em̃
carnẽ ꝓciditis, vobis nihil proderit Christus.
Sed nec in carnis qdẽ suille abstinẽtia,pinde ac
maiori re aliqua,gloriãtur Iudęi: sed vt animã
tiũ q̃ vel munda sunt vel immũda pdiscẽdo na
turã,horũ & causam teneãt,& cũ immũdis cur
deputẽtur.Et hęc qdẽ quorũdã figuræ ad vsq;
Christi aduẽtum & signa fuere:post quem eius
discipulo istorũ causas nil dignoscẽti, & simul
huiusmodi iactitãti, Nil inquinatũ seu mũdũ
os meũ intrauit:plane edicit,Quę deus mũda-
uit tu cõmune & immũdum ne dixeris.Nihil
igitur vel ad Iudæos,vel ad nos illud spectaue-
rit,q; sacerdotes Ægyptii non solum a suibus,
sed capris & ouibus, bobusq; & piscibus absti-
nẽt:verũ cũ ea q̃ os intrãt nõ hominẽ ipm̃ in-
quinẽt,nec esca nos deo commendet, nil vtiq;
magni facimus dũ esca abstinemus & cibo:nec
prę ingluuie q̃dã & gulæ vitio ad vescẽdũ ac-
cedimus.Quocirca & quantũ in nobis est effe
rantur gaudio Pythagorici velim, q; animans
nullum pnitus esitent. Aduerte autẽ & causæ
ipsi9 discrimen,cur Pythagorei & nostri hoies
qdã,suorũ corporum domitores,ab animalibus
hisce abstineant:qñquidẽ illi ob fabulosum de-
nuo ad corpora cõmeatum,rebus aĩatis minus
vescãtur:nos vero cũ his abstinemus coercẽdi
corpis gra,in seruitutẽq; redigẽdi,mortifican-
diq; sup terrã hæc mẽbra,id factitam9,fornica-
tionẽ.s.impuritatẽ,flagitiũ, turbulẽtosq; animi
motus,& prauos affectus: enixeq; oĩa facimus,
D vt corporis opa morte afficiamus. Cæterũ de
Iudæis adhuc disserẽs Celsus, nec ꝓficere apd
deũ hos dicit, nec ꝑter cæteros ꝓbari par esse,
nec cælitus ad hos angelos mitti,ꝑinde ac &
beatorũ sint loca sortiri:qñ hos ipsos & eorum
terrã spectemus qbusnã sint rebus dignati. Vel
id qdẽ nos cõfutabim9,affirmãtes,,pfecisse olim
apud deũ hãc gentẽ:& id sane ex eo liquere, q;
de9 summ9 vel p Iudæos a fide hac nra pnitus
alienos deus etiã vocitet:vñ q̃diu probatiores
fuere a deo nuspiam sunt destituti: & si pauci
numero viderent,a diuina tñ potẽtia seruabã-
tur, ita vt neq; ab Alexandro Macedone aliqd
paterent,cũ ex cõuẽto nescio quo & pactioni-
bus aduersus Darium arma sumere renuissent.
Ferũt ꝑterea & principẽ sacerdotũ sacra indu-
tũ stola,ab Alexãdro hoc adoratũ, idẽtidem af-
firmãte,ea specie virũ dormienti sibi & obser-
uatũ,& pollicẽtẽ futurũ omnino,vt vniuersam
Asiã subiugaret,Nos igit̃ christiani & deo ac-
ceptiores fuisse Iudæos asserimus,& his conti-
gisse,vt aliter lõge q̃ cæteri hoies ꝓbarent: sed
dispensationẽ hmõi & gratiã fuisse tandem ad
nos deuolutã,deo ipso virtutẽ hãc in eos trãs
ferente,q; ex gentibus crederẽt Iesum. Vnde &
Romani q; Christianos acriter impugnarẽt,cũ
maxime vellent ne vspiã essent,hos coercere,fa
cere tñ id nequiuerunt:quippe quos man9 diui
na optime tutaret:cui placitum esset vt ex ali-
quo vno terræ Iudaicę angulo dei verbũ i omne
hoim gen9 dissemĩaret. Verũ vbi,vt licuit- E
Celso Iudęos criminanti,& eorũ scripta carpẽ,
ti respõdimus:age & q̃ deinceps sequũtur mox
explicãtes aperiam9 quẽadmodũ ipsi nil simus
insolentię arguẽdi cũ magni dei nos habere co
gnitionẽ ꝓmittim9: nec Moysi sumus,vel Iesu
Saluatoris nostri magicis vllis subducti præsti
giis,sed ex optimo rei euẽtu,deũ manantem in
Moysen audim9,& Iesum hui9 testimonio com
probatũ,vt dei filiũ iãpridẽ suscepim9: optima
q̃q; sperantes, vbi ꝓ ei9 doctrina & vitã duxeri
mus.Nunc vero vel vltro dicere omittem9 quæ
superius expositа sunt,& vndenam ꝓdierimus,
quẽve habeam9 in ducẽ,& qualis huius lex sit
edocebimus:tametsi Celsus nos velit ab Ægy-
ptiis nihil differre,siue hircũ,siue arietem, siue
crocodillũ,siue bouẽ,siue Hippopotamum,siue
Cynocephalũ,siue Felẽ colentibus,Sed hæc vi
derit Celsus,vel si quis cũ Celso sic senserit:nos
vero quãtũ vires suppętiere,multis qdẽ superi9
respõdẽdo de honore iã differuimus q; sit Iesu
nostro delat9:& plane ostẽdim9 longe melius q̃
cęteri oẽs cõphẽderint, inuenisse nos veritatẽ
mẽdaciis nullis immixtã,& i Iesu doctrina illã
cõsistere puidisse:nec sane ipsi nos cõmendaui
mus,sed dñm ꝑceptorẽ,cũ dei oĩpotentis asse-
ueratiõe cælit9 facta,tũ ꝓpheticorũ apd Iuda-
os dictoꝝ,& mirabiliũ operũ testimonio cõpro
batũ:nõ em̃ tãta,sine diuinitate is potuisse ar-
guit.Quę aũt ex Celsi dictis libet disgrere, ita F
se habẽt,& hmõi sunt.Et iã ipsi ꝑteream9 q̃cũq;
de ꝑceptore iactitasse coarguũt:& esto in vero
qs appareat angelus,vtrũ ne prior hic venit &
solus:an ante hũc ali9 qspiã? Q2 si solũ veniss̃e
hũc dixerint,arguent plane cõtraria sibi mẽti-
ri. Aduentare nãq; frequẽter & alios dicũt, vel
ad sexaginta simul & septuaginta,deprauatiq;,
& cõpedib9 coerceri,& pœnas luere in terrã de-
iectos,ita vt illorũ vel lachrymas calidos esse af
serãt fontes:& hui9 ad ꝑceptoris sepulcrũ, an-
gelũ cõmeare alii vnũ, nõnulli duos affirmãt,
q; mulierib9 resurrexisse hunc dixerint.Dei em̃
filius,vt apparet,sepulcrũ aperire non poterat,
sed alteri9 opera indigebat,q; lapidẽ summoue-

ret,Nec ſec⁹ & Mariæ gratia enitētis ad fabrū angel⁹ venit, & ab his ſe vt fuga cū ſuis prori peret,qui infantē rapturi mox eſſent, accedens cōmonefecit.Sed quid fuerit neceſſe vt oīa explicem⁹,vel eos recēſeam⁹,q ad Moyſen ipſum tradūtur & alios quoſdā trāſmiſſi?Si igit ſunt & alii deſtinati,liquet pfecto & hūc ab eodem deo demiſſum vt multis deniq; pfuturū:plura em̄ videt denunciare,ſiue Iudeis his delinquē tib⁹,ſiue diuinum adulterātib⁹ cultū,ſiue min⁹ religioſe agentibus:huiuſmodi nāq; iſti ptendunt. Ad Celſi aūt iſtiuſmodi cōfutādas obiectiones ſat haud dubie forent,quę de ſaluatore noſtro Ieſu ſupra iā dixim⁹,nimirū q ei⁹ſimus dicta ſcrutati: ſed ne quē eorū q̄ ſcripſerit locū conſulto videamur omittere,pinde ac ad hūc reuincēdū pferre nil videam⁹:age etſi eadē nobis ſint repetēda,Celſo ad id prouocāte, quātū licuerit,q̄ nobis dicēda ſunt breuiter perſtringamus,ſi qd forte ſuccurrerit qđ apertius ſit,
A vel nup inuentū. Ait em̄ ſe cūcta pteriturū q̄ de pceptore dixiſſe Chriſtiani coarguūtur: cū nihil interea is prorſus omiſerit,qđ dicere potuit:qđ vtiq; liquet ex his q̄ ſuperius dixerat. Cæterū rhetorū ſectatus hic morē & argumenta,id egit.Sed quēadmodū nil ipſi de ſaluatore noſtro tā ſummo dixiſſe aliqd falſo arguimur, etſi eius rei coarguere videat nos Celſus:patebit his ſane,q vere diligēterq; cōquirēdo ea perlegerint,q̄ de hoc ſunt & a pphetis prędicta,& ſacris literis pdita. Deinde ex ſuo quodā pmiſſu videbit Celſus de ſaluatore id dicere: Eſto, & in vero quis appareat angelus.Ad qđ ſumus illud dicturi:nequaq̄ nos dictū id tanq̄ ex Celſi pmiſſione ſuſcipere,ſed re ipſa & ei⁹ opa contēplari,qui ad vniuerſum hoīm gen⁹, pro ipſi⁹ ſermone atq; doctrina ſe contulit,vt qſq; capere poterat qui ſe cōueniſſet:qđ opus,eius vtiq; erat qui non ſimpliciter angelus eſſet,ſed vt de
B hoc narrāt pphetę,magni cōſilii angel⁹: Is ſiqđē homo quēadmodū optime eſſet p deū oīm cōditorē mortalib⁹ vniuerſis cōſultū denūciabat:qppe qui puriori iā aduenīſſent & diuino cultu victuri,ex Ieſuq; pclaris operib⁹ad deum aſcēderēt:cū cęteri oēs q ipm nō adiiſſent,vt a deo lōgius abeūtes,ad pditionē p īcredulitatē contēderēt.Angel⁹ iſte ad hoīes venit:prior is ergo & ſolus cōceſſit:an priores alii qdā?Et ſane ad vtrūq; id multis exiſtimat occurrēdum: cū nemo qui in vero ſe chriſtianū pfiteat,affirmet ſolū Chriſtū ad nos aduētaſſe,vñ & alios viſos eſſe hoīb⁹ aſſerit,ſic inqēs Celſus: Si.n.dixerint hūc ſolū veniſſe,moxq; oīa ſibi vt libuit vēdicās,ſubdit,profecto haudq̄q̄ memorię prodiť ad hoīm gen⁹ ita hunc demigraſſe, vt alios dicāt noīs Ieſu & ei⁹ doctrinę ptextu,a cōditore rerū tāq̄ inferiore,& ad deū vt potiorē aliquē deſciuiſſe,vel ei⁹ parē qui iā aduenīſſet,vel antea veniſſe ad hoīes a cōditore ipo nōnullos. Nos vero vbi veritati ſtudētes q̄ hoc loco dicuntur expēdim⁹: Marchianū Apellē nobilem quēpiā hæreſum inuētorē, & Iudæorū ſcripta vt fabuloſa exiſtimātē dixerimus affirmaſſe ad hoīm gen⁹ ſolū hūc deueniſſe. Nec ſane iuxta Marchiani ſentētiā hæreſum principis, Ieſum duntaxat aſſerētis ex deo ad hoīes pueniſſe,iure Celſus intulerit & alios aduentaſſe: tametſi ille,vt dixim⁹,iudaicis literis mira q̄dā denunciātibus, nil pbeat fidei:& longe magis nec ea admiſerit q̄ ex Enoch ſcriptis nil recte Celſus
C pcepta viſus eſt intuliſſe. Nemo igit nos mendacii arguat,pinde ac cōtraria q̄dā appoſueri mus,cū ſaluatorē ſolū ad nos aduētaſſe,& alios pleroſq; vel alias ſæpe cōceſſiſſe ad hoīes dicimus. Celſus vero confuſe admodū,dū angelos q ad nos demigrarunt,cōqrit, expoſuit q̄ min⁹ clare ex Enoch ſcriptis ad ſe pueniſſent:quippe qui nec ea quidē videt legiſſe, & neſciat plane hos libros qui Enoch inſcribunt, i eccleſiis nō plurimū obſeruari,ita vt facile poſſit intelligi illud eſſe reiiciendū,ſexaginta ſiue ſeptuaginta & prauos angelos quoſdā iā redditos deſcēdiſſe. Verum vt benignius cū Celſo agat, videamus vt ei plane icognita,q̄ ſunt ex Geneſi ſcripta. Videntes autē filii dei filias hoīm q; pulchrę eſſent,acceperunt ſibi vxores ex oīb⁹ quas elegerunt.Ipſi vero vel his ſuaſerim⁹ qui pphetas qd ſibi velint poterūt audire: vel añ noſtra hæc tēpora quēpiā hęc induxiſſe cū de aīs ſermonē haberet, quēadmodū deſiderio tenerent inire in corpore cū eo carerēt,mortalium vitā. Sed vtcunq; ſe habēt q̄ de filiis dei ferunt,quia filias hoīm cōcupierint,nil tñ id Celſo ad eam rē fecerit,q; Ieſus dicit non ſolus peruenīſſe vt angelus vniuerſis allaturus ſalutē, affecturuſq; beneficiis q ex abundātiore malitia orti ad virtutē diuerterēt. Proinde immiſcēs cōfundēſq; ea Celſus q̄ vtcūq; forte pceperat,& vtcunq; cō ſcripta,ſiue quę apud Chriſtianos diuina ſunt viſa,ſiue minus diuina,q ſimul deſcēderint ait ad ſexaginta vel ſeptuagīta ſupplicīis affici in terrā deiectos.Sed fac vt ex Enoch ipſo quem min⁹ hic noīet illud pdierit:vnde tñ id fiet illorum vt lachrymæ ſint calidi fontes?res profecto in dei eccleſia nec prolata vnq̄ nec audita: non em̄ eo demētię quis euaſiſſet,vt corporeas fingeret in angelos lachrymas vbi cælitus deſcēdiſſent,& humanis ſimillimas. Et plane ſi li D cet in hiſce iocari quę ſerio per Celſum in nos inferuntur:dicendum erit haudquaq̄ vſpiam

fore q calidos fontes affirmet, quorum pleriq; & dulciores, angelorum sint lachrymę, quãdoquidẽ lachrymarum natura salsior sit: ni forte iuxta Celsum, angeli dulcius lachrymantur. Porro q̃ admiscerí penitus nequeũt, & dissimilia sunt, inter se simillima faciẽs: ad ea q̃ de angelis dixerat, q; sexageni & septuageni descenderent, & manãtib⁹ calidis fontibus illos collachrymari, & illud adiecit: Vel ad Iesu ipsius sepulcrũ, vt historię ꝓditũ est, duos quosdã venisse referunt angelos, vel vt alii tradũt vnum duntaxat: nam Matthęũ & Marcum obseruãs vnũ dixisse, duos vero Ioannẽ & Lucã, cũ alioquin diuersa minus ꝓducãt. Siquidẽ qui vnũ scripsissent, eũ prętẽderẽt, qui e sepulcro impositum lapidem deuoluisset: qui vero duos, eos significarẽt qui veste splendidiore mulieribus sepulcrum iam ineuntibus astitissent, vel qui fuissent interius visi in stola candida insidentes. Hæc autem singula vt quis & gesta fuisse ostẽdat, & figurã prę se aliquã ferre, & eã vt his patefaciat qui paratiores sunt verbi resurrectionẽ ex his quę supra iã aperuimus cõtẽplarí: nequaq̃ ꝑsentis est operis, sed euãgelium potius interpretantis. Mira autẽ olim mortalib⁹ non modo ex Græcis qdã memorię ꝓdiderũt, qui crediti sunt fabulas condidisse: sed etiã qui philosophię acrius prę se tulerint studuisse, & in vero exposuisse q̃ sua tẽpora attigerũt. nam miranda huiusmodi partim apud Chrysippũ, partim apd Pythagorã, partim apud iuniores quosdã plegimus, vt apud Plutarchũ in his q̃ de anima scripsit, & apud Pythagoreũ quendã Numeniũ in secundo de incorruptione animę libro. Ni forte Græci cũ talia narrãt, & philosophi ipsi ꝑsertim, haudquaq̃ existimãdi sunt ridícula q̃dã & cõmẽtitia explicasse: nostri vero q deo omnipotẽti inhęserint, nec vt voce tenus de deo quippiã mẽtiantur omne supplicíũ adusq; mortem suscepẽrint, si velut scientes & eius rei nihil ignari angelos nuncient compa ruisse indigni mox iudicent quibus fides prę
E stetur, & ꝓ veris credant falsa denũciasse. Sed haudquaq̃ par est vt de veridicis, ita & de mẽdacibus ipsis decernere: qui enim qđ minime fallit iter sectantur, summa cũ indagine, & dili gẽtius cõquirẽdo, vt quæq; acciderint, prædetẽtim & ex tuto definiũt: hos qdẽ vera profari, illos falsa cõmẽtos, cũ de rebus mirãdis edisserunt: fiqdẽ nõ oẽs q̃ ad credulitatẽ faciãt fidẽ, demõstrẽt: nec itẽ oẽs q̃ apte ostẽderint, vt con ficta & fabulosa hoĩbus tradidisse existimandi sunt. Quinetiã de Iesu resurrectiõe vel ea dicẽda: vnũ tũ atq; alterũ angelũ visum, & eum resurrexisse, & in se credẽtiũ cõmodis ꝑspexisse, nil mirũ: semp eñ ex resurrectione huiusmodi, vt Iesum credentibus vsui essent, & fructus afferrent non mediocres, saniorẽ ostendisse angelos vitã: vtq; sese hoies fluentib⁹ subtraherent vitiis, & ad meliora conuerterent, & ad deum redirẽt, nõ sine angelorũ eorundẽ opitulantiũ opere fierí: haudquaq̃ nobis absurdũ videtur.

Carpit ꝑterea dictũ id Celsus: angelum, ſe- F
pulcro lapidem deuoluisse sub quo Iesu fuisset corpus reconditũ: nec secus agit, ac solet in literario ludo adolescentulus quispiã dũ quẽpiã sibi incusandũ desumit. Inqt eñ pinde ac ꝑme ditatũ aliqđ & prudentius dictũ excogitasset, Quonã pacto q dei filius esset, aperire sepulcrũ nequibat, sed alterius indiguit opa, q sibi lapidẽ summoueret? Verũ ne qđ eorũ q̃ hoc loco dicunt, curiosius forte inquirã, vel impręsentiarũ ne videar figuras interpretãdo, nil opportune philosophari, rẽ ipsam vti gesta est, explicabo, edisseramq; vel honestius illud videri, vt inferior aliqs & minister saxũ deuoluerit, q̃ is qui ad hoĩm vtilitatẽ surrexit: nec illud equidẽ dixerim, q Iesu verbo parassent insidias, & morte afficere ꝑpetua voluissent, & vniuersis iã patefacere hũc ipsum & mortuũ esse, & nulli⁹ de cętero momẽti fore: admodũ etiã concupiisse vt eiusdẽ sepulcrũ minime patuisset, vt post eorũ insidias vegetũ illud & viuẽs verbũ nemo intueret. Is vero q ad hoĩm salutẽ iã venerat, angeli ꝓfecto adiutor, dei angelus ipse cum esset insidiãtib⁹ longe validior, lapidis molẽ illã deuoluit, vt certiores fierent q se mortem obiisse iam ducerẽt, quẽadmodũ haudquaq̃ cum mortuis versaret, sed vitã ageret & cælestẽ, & volẽtes quosq; ad se imitandũ induceret, vt his demonstraret qualia deinceps priora illa subsequerẽtur, q̃ illis ostẽderat q minus possent maiora se capere, & ea pręcipue tẽpestate qua tunc primũ ad Iesu doctrinã deducerent. Dein ne- G
scio quo pacto & illud subiecit: qđ equidẽ haud satis intelligo quidnã ad eius propositũ videt conferre: ait nanq; post Mariæ editũ partũ angelum Ioseph conuenisse, monuisseq; infantis gratia nati, & insidias subituri, vt raptorũ manus defugeret. Sed de his & superius ad ea quæ Celsus intulerat respõdẽdo pleraq; iã disseruimus: q; autẽ ad Moysen & alios quosdã, vt historiæ ꝓditur, & sacris ex literis patet, angeli sint aliquid nũciatũ demissi: haud satis sciã vel Celso angeli isti qd velint, vel ei⁹ voluntati qd cõferant: & eo ꝑsertim qa eorũ nemo, hominũ gratia certamen inierit, vt quoad posset, hos a peccatis auerteret. Sed esto & alii a deo mittantur, & plusculum aliquid hi pręter cæteros nuncient, & Iudæis delinquentibus & diuinũ

transformantibus cultũ, nec religiosius se erga dei regnũ gerẽtibus, aliis id tradat culterbus, rectiorẽ vitã sectãtibus, qui vbiq; & in ecclesiis studeãt, & oĩa factitẽt, vt Iesu doctrinæ per causam, cũ recte viuẽdo, tũ & operibus incũbendo, vt alios ad deũ perducãt: nil tñ id Celso ad rẽ
A ppositã fecerit. Atqui ita deiceps psequit, Erit ergo Iudæis his simul & Christianis vnicus de⁹. Et perinde qđ haudquaq; cõcederet hic colligẽs ingt, & id qdẽ aperte fatẽtibus qui in hac magna ecclesia sunt, & q̃ apud Iudæos de mundi creatiõe tradunt, vt vera asseuerãtibus, & q̃ de sexto itẽ & septimo die ferunt: in quo vt dicit scriptura, ab eius qeuit ope deus, & in sublime seccessit. At Celsus vt nostræ religiõis ignarus min⁹ hęc intellexit: de mũdi aũt creatiõe & de sabbati relicta populo obseruanda celebrita te, pmulta essent & mystica qdẽ & profundiora et difficilia interptatu dicẽda. Proide mihi Celsus apparet vt finẽ libro impositur⁹, nõ magni existimasse nonnulla vel suis scriptis adiicere, vt ea q̃ de primo homine tradita sunt, quẽadmodũ cũdẽ illũ esse hũc fateamur, quẽ & Iudęi: & de ei⁹ itẽ successiõe vt eadẽ sentiam⁹, genealogiãq; illi nil secus ac Iudæi ipsi & nos descri
B bam⁹. At Cain Abel illi insidiatũ, & Iacob Esau legim⁹, nil tñ cõtra vel Cain Abel molitus insidias est, vel Iacob Esau. Qđ vtiq; si factũ fuisset, recte forsitan diceret Celsus mutuas fratrũ insidias, & has ipas & nos, Iudęos sectãdo, memoriæ prodidisse. Cõcedat pterea vt & ipsi in Ægyptũ secessum eũdẽ quẽ Iudęi asseueremus & ex Ægypto itẽ & reditũ, non fugã, vt Celsus existimat: qd tñ id, ad eã rem fecerit vt nos vel Iudęos hic crimineť! Vbi igit irridere nos iste putabat, cũ de Iudæis sermonẽ haberet, fugam dixit secessum: vbi vero de plagis Ægypto p deũ illatis, vt literis ꝓdit, re ipsa est cõqrẽdũ, id volẽs silẽtio pteriuit: qđ si diligẽtius sum⁹ executuri, q̃ Celso sunt rñdẽda existimãri nos eadẽ de his q̃ ppositа sunt, cũ Iudęis sentire, dicemus: libros hos quidẽ spũs diuini ĩstinctu fuisse cõscriptos vtroq; nostrũ fateri: ex libris vero q̃ expectant, haudquaq; eadẽ vtroq; astruere. Nec mirũ: qppe q nec Iudęoꝝ more viuam⁹: qñqdẽ expectationẽ hãc haud ita accipim⁹, vt leges edictũ, quasi ea sit: q̃ volũtatẽ impositę legis cõtineat: nec sec⁹ & illđ astruim⁹, cũ Moysi libri legunt, eorũ cordi velamẽ obtendi, q per Christũ Iesum, pacatũ iter nil æquo aio ineũt: & qd sibi lex illa Mosaica velit clã istos habere. Illud vero haud dubie scimus, q̃ si qs se dño
Pœnitẽdo tradiderit (dñs qppe spũs est) subla-
to velamine, & facie reuelata, dei gloriã secun-
dũ scripturas ĩ recõditis perinde sensib⁹ latitã-
tẽ & cõspicabit, & eius glorię fiet q̃ diuina dicit pticeps, & id gloriæ ĩ sui ipsi⁹ laudẽ est tra
ductur⁹. Et figuraliter quidẽ persona hęc appellat, & mens ꝑterea, vt aptius dixerit quispiam: in qua secũdũ interiorẽ hoiem inest persona, q̃ vtiq; splẽdore sit & gloria plenior eorũ ex veritate q̃ legib⁹ ꝑferunt. Deinde sic inquit, Sed C
nemo velim mei ignorare existimet, Christianorũ esse nõnullos, q plane assentiant, sibi eundẽ esse q & Iudæis sit, deũ: quosdã vero & aliũ quẽpiã, cui illorũ deus pœnit⁹ aduerset, ab eoq; & Iesum ꝓcedere. Si enim inter Christianos q̃ sectę sint & hęreses, Christianę religioni crimini esse is arbitrat: cur etiã philosophia, p eius ꝓportiõe, philosophis ipsis & sectãtib⁹ diuersa & sentiẽtibus, nõ culpę obnoxia censeat: q̃nquidẽ nõ de rebus hi leuioribus, sed summis & admodum necessariis inter seipsos dissentiãt! Quinetiã medicinę artẽ aduerte ob varias posse opiniones culpari. Sint igit & iter nos qdã, q nõ eundẽ sibi qui & Iudęis sit, deũ ꝓfiteant: haud tñ idcirco sunt incusandi qui iisdem ex literis arguũt, vnũ eundẽq; esse Iudæis & gẽtibus deũ. Vnde & Paulũ constat, q ex Iudæis ad Christianã religionẽ venisset, apertius dicere, Gratias ago deo meo, cui seruio a ꝓgenitoribꝰ meis in pura cõscientia. Sit præterea & tertiũ quiddã eorũ genus, q alios quosdã nuncupent spiritales: & arbitror equidem Celsum eos nũc dicere q ex Valentino defluxerint: verũ qd nostra illud interemit qui ex ecclesia eos culpam⁹ qui naturas inducũt a principio vel salutẽ vel perditionem adeptas! Sint & q Gnosticos se, id est cognitores ꝓmittant, haud secus atq; hi q se Epicureos dicant philosophos: cũ alioquin nec in vero philosophi essent, si ꝓuidẽtiã tollerẽt: nec illi Christiano nomine digni, si aliena q̃dã cõmenta, q̃ nostris minus placerent qui ex Iesu sunt disciplina, induxerint. Quinetiã sint & nonnulli q Iesum admittãt, & perinde qa id agant, Christianos esse se iactẽt, & alii quidã q iuxta Iudaicam legẽ, & Iudaicæ multitudinis more viuere velint: & hos quidẽ Æbiones esse duplices cõstat, vt q ex virgine Iesum nil secus ac ipsi nos ꝓdiisse affirment: haudquaq; tñ sic genitũ vt sacris literis prodit, sed vt cæteri homines: quidnã his hęc attulerint criminis, qui ecclesiã ipsam sectãtur, quos Celsus a multitudine nũcupauit! Quosdã aũt & Sibyllistas esse hic dixit: & fortasse id ex his praue accepit, q eos iã carperet, q Sibyllã vatem putarent, ita vt Sibyllistas hos appellarint. Proinde nostrorum hoĩm effundẽs cõgeriẽ, ait Simonianos quosdã se scire, q vel Helenã simpliciter colant, vel Helenũ quẽpiã ĩstructorẽ, & Helenianos deno

Dminari. Sed plane præterit Celsum, Simonianos hosce nil prorsus fateri dei filium Iesum, sed dei virtutem: cũ alioqn Simonẽ hi demirẽtur se insolẽtius iactitasse, tãtũdẽ se apud hoies valiturũ, quãtũ apud multitudinẽ Iesus valuerit, si eadẽ illa dissimulando efficeret, q̃ & dissimulasse visus sit Iesus. Verũ nec Celso ipsi, nec Simoni licuit nosse quẽadmodũ Iesus, vt optimus verbi diuini cultor, cũ in magnã Græciæ regionẽ tũ Barbarorũ partes effusiores, dissemi
E nare ea potuerit, vel dictis implere, q̃ animã a quibusuis vitiis detorquerẽt, & ad deũ traducerẽt oĩm conditorẽ. Nouit præterea Celsus Marcellianos olim Apocratianosq; illos ex Salomone, & a Mareãbe alios, & alios item ex oppido Marga. Ipse vero, quãtũ p nostro discendi studio licuit, & si nõ solũ quæ ad Christianam attinent disciplinã, & varie quidem de hac sentientium opiniones peruestigauerim: sed enixe etiam philosophantium acta, ad verum omnia scrutando expenderim: istiusmodi tamen nusq̃ perlegi. Nec secus & Marchionistarũ quorũdã hic meminit, Marchionẽ eorũ sectæ nescio quẽ asserentiũ auctorem: deinde vt aliorum videat hos præter, habere cognitionem, quos memi-
niſſet, & alios ait (vt assolet) in præceptorẽ aliquẽ vnũ vel dæmonẽ sibi deligere, errabundos nequiter, & in tenebris volutatos, & plane iniquius, q̃ apud Ægyptios Antinoi Coribantes. Et sane is mihi videtur vbi rem attigit, veriora quędã dixisse, cũ alios dicit, dæmonẽ alitũ, vt nequiter errabundos & in tenebris volutatos vt plerąq; sunt ignorantiæ tenebræ, instructorẽ sibi & præsidem delegisse. De Antinoo autẽ quẽ Celsus Iesu iam cõparasset, quia supra non pauca diximus, nihil de cætero repetemus.

F Quin & maledictis, inqt, hi se & mutuo insectantur, fanda q̃uis atq; infanda p̃mẽtes, nec cõcordes vnq̃ quauis de causa in gratiã redeũt: quippe q mutuis odiis certent. Vel ad hęc quidem satis respondemus, cum in medicinę arte iam diximus id posse spectari, quãdoquidẽ i ea diuerse sentiant multi, & inter se altercentur. Nos vero qui Iesu doctrinã sectamur, & p eius verborũ cõtẽplatione & sapimus qdẽ & loquimur, & oĩa denicq; factitamus: maledicimur & benedicimus, persecutionẽ patimur & sustinemus, nec fanda quidẽ vel infanda his canimus qui aliter longe ac ipsi nos sentiũt: qn potius si agere id modo licuerit, enixe oĩa facimus, vt ad ea q̃ rectiora sunt hos traducamus, vt cõditori dũtaxat rerũ obtẽperem⁹: & ita cũcta pagimus vt iudiciũ subituri. Q̃ si nobis haudquaq̃ bene monẽtib⁹ hi gesserint morẽ q a nostra sunt sententia penitus alienã: eã tñ sumus obseruaturi doctrinã, quæ huiusmodi nobis iniungit: Hæreticũ hominẽ post primã & secundã correctionẽ deuita, sciẽs qm̃ peruersus est qui istiusmodi est, et delinquit, cũ sit p̃prio iudicio condemnatus. Et illud, Beati pacifici & mansueti.

Sed prauе videt Celsus Apostoli dictũ id accepisse, In nouissimis tẽporibus discedẽt quidã a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinę dęmoniorũ in hypocrisi loquẽtiũ mẽdaciũ, & cauteriatã habẽtiũ suã cõscientiã, phibẽtiũ nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiẽdũ cũ gratiarũ actiõe fidelibus. Quinetiã videt & eos nil rectius audisse qui Apostoli dictis hisce aduersus eos sunt vsi, qui Christianã adulterarint religionẽ: & idcirco auditus inustiones hic intulit quosdã apud Christianos cognominari, quosdam vero ęnigmata cognomẽ sortitos: qđ ipsi memorię p̃ditũ nusq̃ inuenimus. Atqui scãdali nomẽ in sacris his scriptionibus vulgatius fuerit, quo appellare hos cõsueuimus, qui simpliciores quosdam, & faciles captu, ab integra disciplina detorquendo peruerterent. Qui vero Sirenæ dicãtur desilientes quædam & deceptrices, obstructis auribus eorũ capita quatientes qui sibi gesserint morem: nescimus nos vspiã dici. Puto tamen aliũ neminẽ Christianæ doctrinæ sectatorẽ vel hæresi quauis detẽtum, hunc præter q se nosse omnia profitetur, hæc dicere. Licet præterea H inqt, hos audire, qui inter se tãtopere discrepãt & se ipsos, vt varia sentientes, turpissime arguunt, illud proferre: Mihi mũdus crucifixus est & ego mũdo. Enimuero id solũ ex Pauli dictis videtur Celsus cõmeminisse: cur tamen & infinita alia quæ Paulus scripsit, nõ ipse p̃tulerit? vt illud est, In carne viuẽtes, nõ secundũ carnẽ militamus. Arma enim militię nostrę non sunt carnalia, sed fortia deo. ad destructionẽ munitionũ cogitationes destruentes, & oẽm celsitudinem se extollentẽ aduersus cognitionẽ dei. Illud vero cum dixerit posse ab omnibus inter se dissidentibus audiri pronũciatũ, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: falsum esse coarguemus. Constat nanq; quorũdã cũ hæreses, tũ sectas fuisse Pauli epistolas nil admittentium, quales Ebionæi vtiq; sunt, & qui Encratitę nũcupãtur. Non igit̃ q Apostoli dictis vt beati & sapiẽtis nihil vtant̃, illud protulerint, Mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo: vnde vel in hoc Celsus mendax esse deprehenditur, & in accusandis variis opinionibus immoratur: nec satis mihi videtur q̃ dicit disponere, nec ea diligẽtius cõtẽplari: nec plane intellige-
re quẽadmodũ asserant Christiani, qui doctrina & literis prouehuntur, Iudæos cognitione

se & scietia anteire,nec satis apparet intellexisse vtrum scriptis assentientes id inquiant, an scriptorum sensa interpretati,an nil affirmãtes quæ illi literis demandassent,cum vtrũq; id in A variis sectis comperiamus. Demum sic infert. Age etsi nullũ habẽt sui dogmatis Christiani principium:attamẽ eoꝝ doctrinam scrutemur, & in primis quæcũq; illi & quanta haud æque accepta,per ignorationẽ corruperint, cũ principio statim de his nil quippiã promere auderent qđ ignorassent.Et cõfestim dictis quibusdam & sane vulgatioribus ex philosophorum sentẽtiis occurrit his Celsus q diuinę doctrinæ fidem præstiterint: cum plane velit quæ apud Christianos sibi vt legitima & rectiora videnť proferri,melius longe & apertius apud philosophos fuisse pronũciata,vt ad philosophiam pelliceret qui eius essent sententiis & decretis præoccupati,honestatem præ se & pietatem ferentibus. Libro itaq; quinto sic absoluto,mox sextum adoriemur:deinceps his respõsuri quæ Celsus veritatis titulo annotauit.

LIBER SEXTVS.

B SEXTVM hũc nobis aduersus Celsi in Christianos crimiationes iam destinantibus libru: necesse est sacer Ambrosi non ad ea contendere, quæ is ex philosophia deprompsit, vt aliquis forte existimarit. Produxit nãq; Platonis præsertim permulta,quibuscum ea coniũgit & cõmunia facit sacris ex literis,quæ capere sua vi quempiam possint,& sapientia videtur præcellere: asserens longe melius ea fuisse apud Græcos prolata,& sine vlla perinde ex deo vel dei filio promissione. Ipse vero etsi veritatis prędonibus ea mẽs fuerit,vt quoad possent multis prodessent,nec sapientibus solum, sed etiam insipientibus: nec ea lege vt Græcis quidem conducerent,barbaris vero nihil afferrent vtilitatis (mansuetudinis enim vis summa exigitur,quæ imperitos queat & efferatissimos quosq; ad meliora cõuertere) haud dubie affirmauerim fuisse his dicendi, vt liquet, genus aliquod necessario procurandum,quod ad cõmune cõmodũ faceret, & auditores ad se omnes traduceret, nisi prius fuissent spiritu C diuino imbuti. Enĩuero q imperitiores quosq; veluti seruiles aliquot,abire in malam rẽ iusserint,vt qui audire nil possint luculentã & ornatam orationẽ,& ex arte pronũciatã,eorũ habuere dũtaxat rationẽ, qui in eloquẽtia & humanitatis studiis coaluissent;& hi sane cõmunicandi & bona impertiẽdi officiũ,in angusto admodũ coegerũt. Hæc autẽ Celso respõdens D & cæteris dixerim qui sacris in literis dictionũ vtilitatẽ incusant,vt quę videãtur ex sermonis ornate cõpositi luculentia obscurari, cũ nostri prophetæ,tũ Iesus ipse & eius Apostoli pronũciandi modo animũ intẽdissent: qui nõ solum vera complecteretur,sed & multitudinem ad se posset tãdiu pellicere,quoadusq; hãc sibi morigerã redderet,& pro viribus quisq; iam quiret in tenuioribus dictiũculis hisce, quæ mystice proferũtur pcipere.Et sane (si id dicere ausim) vel Platonis ipsius,vel cæterorũ huiusmodi ornatiorem illã,& ex arte excultã orationẽ,paucis fatear profuisse,si modo prodesse hæc poterat: cũ plurimis cõtulisse sat constet,qui scribendo docẽdoq; accuratius,infimo quodã sunt dicẽdi genere vsi. Spectare itaq; licet in eorũ dũtaxat manibus Platonem versari,qui eloquentię studeant:Epictetum vero illum in quorũuis manibus esse, qui eius ex scriptis non mediocriter possint proficere, & admirationi his esse qui eiusdem ex dictis non parum sentiant meliores se redditos. Hæc equidem haud quaq; Platonis gratia dixerim criminandi, quippe quem terrarum pars maxima perutilem duxerit & laudarit: sed vt ostendamus quid senserint qui ea protulerint.Et prædicatio mea non in persuasibilibus sapientiæ verbis,sed in ostensione spiritus & virtutis, vt fides nostra non sit in sapientia hominum,sed in virtute dei. Diuinis etenim literis proditum est nequaq; per se satis valere quod dicitur: etsi de se sic verius sit, & fide dignissimũ vt humanas animas queat instruere,nisi diuinitus virtus dicenti accesserit, & dictis gratia affloreścat:q̃ vtiq; nec sine Deo his traditur,qui ad aliorũ profectũ loquuntur.

Dicit itaq; sexagesimoseptimo Psalmo Propheta, Deus dabit verbum euangelizantibus E in virtute multa. Vt igitur concedatur in nõnullis easdem esse cum Grecis tum nostrę doctrinæ hominibus sanctiones:haud tamẽ æque hæ poterunt animas in ditionem redigere, vel iuxta se eas disponere. Idcirco imperitiores illi & rudes Iesu discipuli,tanq; ad Græcam philosophiam mundi nationes permultas vocando, vt verbo ipsi collibuit,auditorum pro meritis quosq;,proq; virium proportione liberi eorum arbitrii ad boni susceptionem instituendo, lõge plurimum profecerunt. Prisci itaq; viri illi & sapientes, his innotescant qui pari imperia possunt:& Aristonis Plato iam ipse de summo bono in epistola quadam decernat, & inquiat summũ id bonũ explicari nil posse,sed ex diutino contubernio,tãq; ex igne statim prosilien-

te ſuccenſum lumen,animã ipſam irrepere:quę tamen nos & audimus, & vt rectius dicta inſuper affirmamus,quando his deus huiuſmodi quæ recte dicuntur aperuit. Vnde & q̃ vera de deo imaginẽtur,nec tamen dignũ veritate cultum exerceant: his ipſis ſupplicijs obnoxios dicimus,quibus & peccatores afficiuntur.de his
F nãq̃ ſic diſſerit Paulus,Reuelatur enim ira Dei de cęlo ſuper omnẽ impietatẽ & iniuſtitiã hominũ eorũ, qui veritatẽ in iniuſtitiã detinent: quia qđ notũ eſt dei, manifeſtũ eſt in illis.Deus eñ illis reuelauit. Inuiſibilia nãq̃ ipſius a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciuntur,ſiue ſempiterna virtus eius & diuinitas:ita vt ſint inexcuſabiles,quia cũ cognouiſſent deum,non ſicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt,ſed errauerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ: dicentes enim ſe eſſe ſapientes,ſtulti facti ſunt:& mutauerũt gloriã incorruptibilis Dei in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hominis,& volucrũ,& quadrupedũ,& ſerpẽtiũ. Tenẽt igit̃ hi veritatẽ vt noſtra teſtificat̃ doctrina,qui ſummũ ſentiũt bonũ explicari nõ poſſe, & ex multo circa rẽ contubernio aſtruũt haud ſecus id boni in animam ipſam innaſci & viuere,ac lumen ex igne mox ſaliẽte ſuccenſum, ipſum ſe nutrit. Alioquin cũ talia illi de ſummo bono literis prodant, in Piræum deſcẽdunt Dianam vt deam adoraturi, & celebrem Græcorum cõſpecturi panegyrim,qui tanta hæc de anima philoſophentur,ediſſerãtq̃ quẽadmodũ illa ſe habeat vbi optime vixerit. Sic fit vt earum rerum quas illis deus aperuit, poſthabita magnitudine, vilíora quędã & parua turpiter ſentiant. Siquidem gallum Æſculapio ex voto reddũt:dei inſuper inuiſibilia, ideas & formas ex mũdi hac machina & ſenſibilium rerũ creatione imaginãtur:ex qbus ad ea ſtatim conſcẽdũt quę mẽte cõcipiũtur: deiq̃ cũ ſempiternã virtutẽ,tum & diuinitatẽ non ingenue norũt, nihilominus in ſuis cogitationibus errauerũt: & tãq̃ inſipiens iſtorũ hominũ cor, in tenebris & ignorãtia volutatur,cum deos colunt.Et licet quidem eos ſpectare,qui et ſi in ſapiẽtię ſtudio & diuinitatis ratione noſcenda ſapere ſe plurimũ arbitrãtur,ſimilitudinẽtñ corruptibilis hominis adoratum procedunt:huic,vt ipſi affirmãt,honorẽ vt deferant. Quãdoq̃ etiã ad Ægyptioꝝ auiculas,ſiue ſerpẽtia, ſiue quadrupędes,iſti deſcẽdũt:& ſi qui forte apparent hęc prętereiſſe,deprehẽdẽtur tñ dei veritate in mẽdaciũ immutata,creaturam,creatore omiſſo,& colere & inſeruire: & idcirco Græcoꝝ ſapiẽtes doctrina multa imbuti, cũ circa diuinitatem ipſam operibus aberrarent:ſtulta mundi elegit deus vt ſapiẽtes cõfunderet: ignobiliaq̃ & infirma & plane deſpecta, vel ea q̃ minime ſunt: vt ea quę ſunt,inania redderet.Et ſane ne glorietur oĩs caro corã deo: in primis noſtri qui ſapiẽtia prędit̃erũt,vt Moyſes ille,& eiꝰ poſteri vates, cũ ſummũ bonũ ſat ſcirent inexplicabile eſſe:ſcripſere qdẽ idoneis qbuſdã & digniorib⁹ deũ apparuiſſe & viſum,vt Abrahę & Iſaac illi & Iacob:verũ qſnã is eſſet,& qualis,quẽadmodũq̃,& cuinã in humanis agẽti ſit obuerſatus, reliquerũt his cõquirẽdũ q poſſent haud ſecus ſeipſos prędtare, atq̃ hi qbus deus apparuiſſet: cũ tñ is nõ corporeis ſit oculis viſus,ſed cordis integritate : ſiquidẽ iuxta noſtrũ hunc Ieſum, ſint haud dubie beatiores futuri q mũdo ſunt corde, quandoqdẽ ſint hi deũ viſuri.Illud vero q̃ ex iprouiſo tãq̃ ex igne proſiliẽte ſuccẽſum lumen,ſummũ bonũ animæ innaſcatur: prior vtiq̃ calluit prophetę ſermo ſic inquiẽs,Illuminate vos ſciẽtiæ lumine:& Ioannes q poſterior fuit,Qđ factũ eſt in verbo vita erat,& vita erat lux hominũ,quę lux vtiq̃ verior oẽm illuminat hominẽ in mũdũ hũc veniẽtẽ: & ſpiritalem,& lucẽ ipſum hũc mũdi facit. Illuxit eñ cordibus noſtris hic ſplendor ad euangelii diuinę glorię illuminationẽ in Chriſti pſona. Vnde & veruſtiſſimus ille propheta qui multis ſeculis antęq̃ Cyrus regnaret vaticinatus eſt.qppe q ad quartã eſſet & decimã generationẽ Cyro antigor: Dñs, inqt,illuminatio mea & ſalus mea,quem timebo? &,Lucerna pedibus meis lex tua,& lumen ſemitis meis.&,Signatũ eſt ſup nos lumen vultus tui dñe.&,In lumine tuo videbimus lumẽ.& ad hmõi lumẽ,nos Eſaię hortatur oratio hęc,Illuminare illuminare Hieruſalẽ, qa venit lumẽ tuũ,& gloria dñi ſuper te orta eſt. Vel is quidẽ de Ieſu aduẽtu qui ab idoloꝝ ſeiungeret hoĩes ſimulacrorũq̃ & dæmonũ cultu,ſic inqt,. Sedẽtib⁹ in tenebris & vmbra mortis, lux orta eſt eis.& rurſum,Populus q ſedebat in tenebris vidit lucẽ magnã. Aduerte igit̃ qdnã differat G recte illud Platonis dictum qđ de ſummo bono intulerat,ab his q̃ pphetę de beatoꝝ luce præ dixerint:& vide quẽadmodũ qđ Plato de ſũmi boni veritate protulerit, quo ad integrũ cultũ, legẽtibus nil penitus pfuit, nec ipſi quidẽ qui hmõi ſit de ſummo bono philoſophatus. At diuinarũ literarũ vilior dictio,diuino ſpiritu imbuit q has diligẽtius lectitarit:Apud hos nãq̃ lumẽ illud nutrit̃,qđ in quadã parabola oleum dicit̃,qđ lucernarũ i prudẽtib⁹ quinq̃ virginibus & lucẽ ſeruaret.Sed poſt Celſus & alia qdã ex Platonis epiſtola promit huiuſmodi:Si autẽ mihi viſum fuiſſet ea quæ & ſcribi poſſent,

& dici,apud multitudinẽ satis valere,quid rectius ipse in vita hac egerim, q̃ ea conscribere quę magnũ essent in modũ hoibus ꝓfutura, & rerũ naturã in lucẽ ꝓducere! Age & de his breuiter disputemus, quæramusq; vtrũ habuerit Plato grauius quippiã & elegantius his quæ cõscripserat,& his diuinius q̃ omisisset:sed hęc relinquẽdo pro viribus cuiq; inuestigãda ostẽdam⁹ prophetas nostros maiora quędã sensisse q̃ ea fuerint quę literis cõmẽdarãt.Nã qdã libri caput desumit ante & retro conscriptũ,in quo luctus erat & cantus & heu:& verbo iubente, librũ idcirco mãducat,eũ ne scriberet,& indignioribus proderet.Idipsum Ioannes & vidisse scribit,& egisse.Paulus insuper audiuit & verba ineffabilia quędã quæ minus liceret homini loqui.At his cũctis prestãtior Iesus quęcũq; ad discipulos,Dei verba haberet,seorsum & in solitudine hæc faciebat,& eius ex dictis nõnulla haud quaq̃ sunt literis tradita: nõ enim videbatur discipulis si ea literis mãdarẽtur,aut capi a multitudine posse,aut esse multis narrãda: & si minus molestũ fuerit de tãtis viris nos verum fateri,dixerim equidẽ lõge melius istos ex sensibus illis quos diuinitus percepissent quæ & scribẽda essẽt,& quẽadmodũ scribi hęc oporteret,vidisse, q̃ Plato hęc viderit, nec secus & q̃ ad multitudinẽ perscribẽda, quęve dicenda forent,vel reticenda. Rursus autẽ & Ioannes nos edocens eoq; quæ essent vel scriptis mandanda, vel minime cõscribẽda,discrimen:septem tonitrua dicit se audisse quę instituerẽt & inhiberent ne literis traderet quæ per se dicerentur. Multa etiã apud Moysen ipsum & prophetas, nõ solum Platonis dicta sed Homeri cõpereris: vel apud eos præterea qui vel inuentores ipsos literarũ antecesserũt,ætate digniora quædã diuina erga se gratia,& sensis altioribus plena reperiẽtur,quę vtiq; haud quaq̃ (vt Celsus existimat) a Platone desumpta isti pronũciarunt. Qui em̃ poterat fieri,vt nõdũ natos hi audirẽt! Q; si qs eo Celsi dicta traduxerit, q; Iesu Apostoli sint Platone posteriores:aduerte vti vel ex eo sit id incredibile,Paulum scilicet qui tabernacula faceret,& Petrum qui piscaretur, Ioannẽq; qui patris retia reliquisset,quæ a Platonis epistolis accepissent de deo aliis tradidisse.Iterato autẽ Celsus id prædicãs perinde qd credi mox queat,tãq̃ nouũ aligd prẽter ea quæ prius dixerat allaturus:hoc ipsum repetit sępe:nobis vero sat fuerint quę ad illa respõdimus. Sed cũ Platonis aliud quoddã dicendi genus exponat, quo quia rogãdi & respõdẽdi & dialectico more quodã vtatur,ita vt sentẽtiis variis eos imbuerit,qui iuxta se philosophiæ studerent: age vel sacris ex literis ostẽdamus quẽadmodum & ad dialecticã sermo nos diuinus horteť: siqdem iuxta Salomonẽ intelligamus incõfutabilẽ disciplinã enarrare:nec secus & ad sapiẽtiã cũ id audimus:Scientia insensati inenarrabilia verba. Benignius itaq; nos redarguimus,vt qui Pauli illud apprime didicerimus,q verbo & doctrinę præsideat,oportere vt fortior sit cõtradicentes arguere.Q; si segniores sunt quidã & lectioni & sacris scriptis scrutandis nihil incũbãt scripturarũq; pro Iesu præceptis sententias minus rimentur,& per deũ sibi vt recõdita recludãtur pulsando nil pertãt:haud tamẽ idcirco sapiẽtiæ sermo inanis deprehẽditur.Deinde Celsus post alia quędã Platonis dicta,ꝑpaucos boni habere cognitionem significantia, sic infert. Vbi vero plerisq; contemptu quodã altiore nec æquo, & spei fragilioris iam pleni: perinde ac elegãtiora quędã docti,nõnulla vt vera edicũt,qa ea præ- C
dixerit Plato:haud tñ is vel mira facit, vel linguã obstruit,cuiq̃,quin fateať qdnã sit illud qđ de se pollicet,neq; ex eo iniungit credulitatem forsitan nactis,vt credãt vel deũ esse huiusmodi,vel filium talẽ habere, vel hũc descendẽtem secum contulisse sermonẽ. Vel ad hæc sic eqdẽ dixerim.de Platone qdẽ arbitror Aristandrum scripsisse:quemadmodũ non esset Aristonis hic filius sed apparentis imaginis Perictionẽ matrẽ in Apollinis speciẽ adeũtis: & alios plerosq; in Platonis vita professos huiusmodi. De Pythagora vero quid erit dicẽdũ! quãdoquidem ferũt mirãda quędã hũc factitasse, & in cõuẽtu Græcorũ & panegyricis ludis elephantinũ femur mõstrasse, recognouisseq; & scutum quo olim is vtebať,cũ subulci ministerio fungereť, & die eadẽ duabus in vrbibus cõparuisse.At q cauillari voluerit, miraculi loco de Platone & D
Socrate illud memoriæ proditum enarrabit: Cygnũ fuisse in somnis Socrati obuersatũ, & prẽceptorẽ hmõi in cõmẽdationẽ adolescẽtuli assertãtem: hic ergo Cygnus erit,Nec secus & illud miraculi loco duceť, q; tertiũ oculũ habere se viderat Plato.Et sane haud q̃q̃ his derũt deprauatis morib⁹ qdã, q ea capere velint quę prestãtioribus viris nõnullis visa esse ferãtur,detractiones & crimina.Hi nãq; vel Socratis dæmonẽ velut fictitiũ rident & fabulosum: nos vero nec mira hmõi de Iesu narramus, nec huius discipuli talia literis cõmẽdarũt. Celsus vero qui se oia nosse promittit, & ex Platone multa producit, volens vt arbitror, reticet qđ de filio apud Platonẽ:& in ea epistola traditur, quę ad Hermiã & Coriscũ inscribit.Hæc itaq; E
Platonis sunt verba.Etp deũ oim ducẽ tã prę- sentiũ q̃ futurorũ, principalis & causæ patrem

iurantes & dominũ: de quo si recte senserimus,
in hominũ omnes felicitũ traducemur virtutẽ.
Et aliud Platonis dictum Celsus exponit quod
huiusmodi est. Quinetiam vt de his longius
dicerem venit in mentem & de his forte quæ
in præsentia differo: sic enim aliud quippiam
apertius fiet his explicatis. Est nãq; verbũ veri9
quiddã ei contrariũ qui istorũ quæuis cõscri-
bere audet: quo de verbo, et si alias sæpe meni-
nimus, & in presenti videtur aliqd esse dicẽdũ.
Constat sane existẽtiũ cuiq;, quibus ars necessa-
rio cõparatur, tria quędã inesse, quartum artem
hanc ipsam: quintum vero statuendũ id fuerit
quod & cognosci potest & in vero ens est, &
subsistit. Vnum quidem est nomen, secundum
verbum, tertium vero idolum, quarrtũ ars ipsa.
Vel iuxta hæc dixerim equidẽ: quẽadmodum
vox illa in deserto clamantis Ioannes qdẽ per
Iesum sit haud secus inductus, ac nomen apud
Platonem, post Ioannem vero & Iesus per eum
ostensus: cui id cõgruit, Et verbũ factũ est caro:
qđ vtiq; Platonis verbo par fuerit. Et Plato q-
dẽ tertiũ idolũ dicit: nos vero idoli nomen alio
transferẽtes, apertius dicturi sumus, qđ animæ
post verbũ cõpũctionis innascitur, formam id
esse, hoc est Christũ, qui ex Christo verbo cuiq;
insit. Vtrũ autẽ quarto illi qđ apud Platonem
ars est, Christus ipse & sapientia qui ad nostrã
opinionem perfectiores quosdam inhabitat, sit
F coæquãdus, q potest decernat. Deinde Celsus
sic inquit, Vides quemadmodũ Plato tametsi
affirmarit ineffabilem deum esse: ne tamẽ in rẽ
quæ demonstrari non possit secedere videatur,
in ambigui subiit animũ: sic enim inquit, Vel
forte qđ nullibi est explicabile. Id tamen cũ ipse
in eius rei confirmationem producat, vt haud
quaq; aliquid simpliciter sit credendũ, sed eorũ
sit quæ credũtur cogitatio subeunda: vtemur
& ipsi Pauli dictis eum qui frustra crediderit
criminantis, quæ huiusmodi sunt: Ni forte &
ipsi in vanũ credidistis. Et sane quantum in eo
est, cogit nos Celsus nostra repetere: quandoqui-
dem & ipse eadem repetat quæ prius dixisset,
sic inquiens, Post prolatas tanq; superborũ ho-
minũ insolentias, quia Plato nil insolescit: falso
asserit ille nouum se aliquid inuenisse, & vt cæ-
litus veniens nunciare. Sed vnde hæc prodeant
confitetur. Enimuero qui his Celsi velit dictis
occurrere, & Platonem dixerit vtiq; insolescere,
cum in Timęo Iouem inducat sic differentem,
Dii deorum, quorum ipse & conditor & geni-
tor sum: & quæ deinceps sequuntur. Q; si quis
respondeat Iouis esse in his animũ attenden-
dum apud Platonem concionantis: cur enim
qui & dei filii dicta quid sibi velint conquirat
vel conditoris quæ in prophetis dicuntur, non
maioris esse hæc fateatur, q̃ Iouis fuerit apud
Platonem oratio? Quod enim exprimit & fi- G
gurat diuinitatem, ipsa est futurorum denun-
ciatio: quæ pro humana natura haudquaq̃ pos-
sunt prædici, & ex rerum exitu iudicantur di-
uino spiritu nunciari. Nec sane vt Celsus con-
finxerit, illud nos alios adeundo commonefa-
cimus, In primis hunc creditote, quem vobis
Dei filium esse asserimus: sed quẽq; pro morũ
& status conditione alloquimur, qui scite didi-
cimus quemadmodum cuiq; per nos sit respõ-
dendum. Sunt autem quibus plura his prædi-
cemus, cum minus queant ad fidem traduci:
Alios vero enixius & certioribus argumentis
rogitando & respondendo aggredimur, & qui-
busuis modis enitimur, vt pro nostra & vera &
indubitata sententia persuasos hos habeamus,
& ita vt ad veram rerum cognitionem adipi-
scendam instruendo & commonefaciendo via-
deamur haudquaq̃ his defuisse. Haud tamen
id dicimus, quod irridendo protulit Celsus:
Crede quem nos affirmamus Dei filium esse,
vel si deuinct9 ignominiosissime, & fœde fueris
excruciatus, vel pauloante ĩ oculis omniũ sum-
ma cũ iniuria diuexatus. Nec illud eloquimur
exhortando, Quin potius nil hæsitans credens
quidem longe pluribus affari quẽq; enitimur,
H q̃ ea sint quæ supra iam explicauimus. Dein-
ceps subdit hæc Celsus, Si enim ex Christianis
nõnulli hoc modo instituũt, & alii item alium
quempiã, illud mox omnibus in prõptu est &
cõmune, crede si saluus vis fieri, vel abi: quidnã
egerint qui in vero volũt saluos se reddi! num
ad talorum iactũ vaticinabũtur! quo se verte-
rint, vel quibus se applicauerint! Vel ad hæc
equidẽ ex rebus apertioribus prodeũtes, sumus
huiusmodi respõsuri. Si enim cõplures existe-
rent qui haud secus ac Christus, vt dei filii, tra-
derentur ad vitã hãc demigrasse, & ex his sin-
guli quosdã ad se attraxissent, ita vt ambiguus
is haberetur ob assertionis similitudinẽ, q̃ Dei
filius esset qui in se credentiũ testimonio pro-
baretur, iure dici id forsitan posset: q̃ si hunc
quidẽ inducũt & item alii alii, & q̃ cõmune id
omnibus esset & in prõptu dictũ, vt Celsus in-
quit, Crede si saluus vis fieri, vel abi, & huiusi-
modi cętera. Nunc vero in orbem terrarũ vni-
uersum, vulgatius est Iesum ad homines com-
measse, qui Dei sit filius. Enimuero qui Celso
assentiũtur, & æque per oẽs edi miracula arbi-
trãtur, & haud secus velint Iesum mira fecisse,
atq; hi qui homines vincerẽt: conuicti procul
dubio sunt nullius demum fuisse momenti,
qualis Simõ Samareus ille & Magus, & eodẽ ex

loco Dositheus extitere: cum alter virtutē Dei esse se fatereturquæ summa dicatur: alter Dei se filium diceret, tametsi vt multos falleret Simon, a capitali supplicio & morte quam religionis gratia vltro Christiani subirent, ex discipulis suis quempiam vnū subtraxerit: quos vtiq; docuisset, vt indifferenter ad idolorum se cultum haberent. Sed nihil tunc primum Simoniani illi insidiarum perpessi sunt: callebat enim sagax ille & improbissimus dæmon, qui & Iesu doctrinæ molitur insidias, eorū animos quos sub eius Simon ditione haberet, sua ex disciplina haud quaq; solutū iri. Dositheeni vero nec in principio floruerunt: nunc autem esse penitus desierunt, ita vt eorum numerus si explicetur, ne ad trīginta quidem accesserint. Quin & Iudas Galilæus ille, vt Lucas in Actis scripsit Apostolorū, voluit & se magnum aliquem dicere: & ante hunc Teudas quidam: sed cum nequaq; ex deo esset illoꝝ doctrina, sublati sunt, & qui hos sectabuntur confestim dispersi. Fit itaq; vt non talos iactando vaticinemur quo nobis vel diuertendū sit vel applicandum, vt Celsus inquit: perinde ac complures queant qui diuinitus sese ad homines cōtulisse promiserint, nos ad se trahere. Sed de his hactenus.

A Nunc vero ad aliā Celsi calumniā trāseamus, qui ne dicta quidē nostra intellīgit, sed ex auditiūculis quibusdā affirmet nos hominū sapiētiā dicere apud deū stultitiā esse: cum Paulus inquiat, Sapientia huius mūdi, stultitia est apud deū. Siquidē Celsus ipse sic infert: Nā & huius prædiximus causam. Putat autem causam esse cur illud Paulus dixerit, q̄ ex hac dictione rudiores quosdā velimus & stultos dūtaxat ad fidē traducere: sed vti & ipse significauit huius rei superius meminit, & ipsi pro viribus huius dictis occurrimus. Placuit autē illi id plane arguere, fuisse a nobis illud cōmētū, & ex Græcis philosophis ipsis desumptū, aliā esse humanā affirmantibus sapientiā, & aliā quidē diuinā: exponitq; Heraclīti dictū huiusmodi quoddā, Mores qdē humani nullas habent sententias, diuini vtiq; habent: & istiusmodi alterum, ho-

B mo vt imprudens & infans accepit a dæmone, vt puer a viro. Exponit præterea Platonis illud quod defensio īscribitur Socratis, Ipse enim o viri Athenienses nullius nisi sapiētiæ gratia, sum id nomen sortitus. At cuiusnam sapientię! eius scilicet quæ humana forsitan est sapientia: siquidē re ipsa periclitor hac vt sapiens sim sapientia. hæc Celsus. Ipse vero ex Platonis ad Hermiam Erastūq; & Coriscū epistola, ista produxerim. Erasto equidē & Coriscō ad idolorū pulchram hanc sapientiā dixerim me sane, etsi senior sum, sapiētia indigere, quæ nos a prauis quibusdam & iniquis tuetur, nec secus & viribus ad vindictam. Sunt enim hi quidem innumeri, quia nobiscum qui modestiores sumus, nec praui in vita, assiduo coaluerunt. quocirca dixeram vobis his opus esse, ne praui cogantur verā quidē negligere sapientiam, humanę vero iam magnū in modum incumbere. Erit ergo C secūdū hæc diuina sapientia quædā, & quędam humana: & humana qdē hæc fuerit, quę iuxta nos mundi dicitur sapientia, quæ vtiq; apud deum pro stultitia dicitur. At diuina illa & ab humana penitus aliena, et si diuina sit, ad eos tamen se confert dei munere singulari, qui ad eam suscipiendam sese idoneos reddunt: & ad hos præcipue se illa contulerit, qui vtriusq; sapientiæ discrimine cognito, inter vota & preces hæc dixerint: vel si quis inter filios hominū perfectior sit, vbi aberit quæ a te sapiētia Deus, vt nullius momenti existimabit? Quin & exercitationem esse quandam animæ dicimus humanam hanc sapientiam, finem vero, diuinam: quæ & solidior dicitur apud eum animę cibus qui huiusmodi inquit, Perfectorum autem solidus cibus, eorū qui pro ipsa cōsuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali. Et sane iampridē id sentiūt homines, non vt autumat Celsus qui vtriusq; sapientiæ vetustatem ad Democritū refert, siue Platonem. Nam vel ante istoꝝ tēpora vtrāq; sapientiam secreuerunt prophetæ: sed impręsentiarum sat fuerit ex Dauidicis dictis illud proferre qđ a sapiente per diuinā sapientiā proditur: qui non videbit corruptionē cū viderit sapiētes moriētes. Diuina igitur sapiētia cū sit a fide diuersa, inter ea quæ dei dona vocātur primū erit hæc donū: post hanc his qui discernere hæc certius norunt, secūdum erit scientiæ donum: & tertio loco per hos asseruanda est fides vt dei donū, qui vt simpliciores pro viribus ad dei cultum accesserint. vnde & illud apud Paulū dicitur, Alii quidē per spiritū datur sermo sapientiæ, alii sermo scientię per eūdē spiritū, alii vero fides in eodē spiritu. Quocirca haudquaq; quosuis hominū ipse cōpereris qui diuinā sint sapiētiā consecuti: sed prestātes quosdā & excellētes, & cęteris longe superiores, qui Christianæ studeant religioni: nec sane apud rudissimos quosdā aut seruiles & nullius prorsus doctrinę homines edisseret quispiā quæ diuinę sunt sapiētię: tametsi eos hic ignarissimos dicat, qa sua ignorent, nec Greꝯ sint disciplinis instructi.

At nos cōtra rudes præcipue dicimus, quos minime pudeat insensibilia q̄dā affari: & salutis gratia consequendę, qđ insalubre sit & fra- D

gile inuocent,& ꝓ vita mortuos deprecentur, & vt auxilio sint fortissimos rogent, tãetsi istorum nonnulli haud quaq̃ deos esse simulacra hęc fateantur,sed signa quædã quæ illos haud dubie ꝓferant: nihilominus & q in vani fabri manibus cõstare diuinitatis imitationem imaginantur, & rudes ꝓculdubio sũt & seruiles,& prorsus ignari coarguunt,& ita vt nostri homines si cũ his conferantur,vel ex his infimos quosq;,ruditate hac & inscitia liberos esse dicamus,ad diuinam spem cõplectẽdã & intelligendã sapientissimos. Nec secus & id affirmam⁹ fieri posse,vt q minus sit in sapientia hac ipa humana exercitus,diuinã capiat: & stultitiam esse sapientiã oẽm humanã fatemur si diuinã respicimus. Cęterum cũ illi esset de doctrina certãdũ nos magos appellat,aitq; nos cõcitati⁹ prestantiores quosq; defugere,qa min⁹ deceptionibus pateãt,& rusticiores luctãdo peruincere:non.n. hic nouit qui olim ex nostris fuissent externis disciplinis ibuti & sapiẽtes,Moysen iquã Ægyptiorum quouis sapientię gñe eruditũ,Danielẽq;,Ananiã,Azariãq; illũ & Misaelẽ,Ægyptiacarũ literarum peritissimos,adeo vt inuẽti sint cęteros apud hos sapientes magno interuallo iam ꝓteriisse. Nũc vero habet nõ paucos ecclesia hęc sapientes,q cũ istorum possit multitudine comparari,& ea ex sapiẽtia oẽs quã ipsi secũdũ carnẽ esse asserimus,ad nos cõcesserunt:quo fit vt & hos habeat qui ex eadẽ illa ad diuinam sapientiam cõmigrarũt. Deide Celsus vt leuiter his auditis quę apud nos de humilitate tradũtur,nec diligenter hac cognita nitiẽ qdẽ humilitatem nostrã hmõi criminari,vt quã plane existimet ex Platonis dictis desũptã,q in Legibus inquiat: De⁹ eñ (vt vetus ꝓuerbium est) principiũ qdẽ & finem rerũ oim & media continens q̃ recta sunt peragit naturę accedẽs:hunc vero iustitia semp subsequit̃,eos discruciãs qui diuina soluerint legẽ:hãc iustitiã q futurus est felix humilis & modestus sectat̃. Hęc Celsus:nescius plane per vetustiores quosdã q longa Platonem ętate pręcesserant,fuisse hęc olim pronunciata, Dñe non est exaltatũ cor meum,neq; elati sunt oculi mei:neq; ambulaui in magnis,neq; in mirabilibus sup me. Et sane argumento dicta hęc sunt,nequaq̃ turpiter hũc & indecenter humiliari,perinde & genib⁹ nixũ & humi ꝓstratum sed stãtẽ & calamitosorũ veste idutũ,& respersum cinere caput. Qui.n,iuxta ꝓphetam se humilẽ reddit in magnis incedẽs & supra se mirabilibus,maioribus scilicet certioribusq; decretis & sensibus miris:profecto sese sub potẽti dei manu humiliat. Q̃ si q forte humilitatis dogmate nil patefacto id egerint,haudquaq̃ erit nostra incusanda doctrina,sed eorum danda ignorantiæ venia,q cũ potiora q̃dam ꝓponunt ignaritate tñ fallunt̃. siquidẽ longe plurimum Platonis modestiorẽ illũ & humilem modestia & humilitate iste ꝓstiterit,qui eo moderatior sit quia i magnis & supra se mirabilibus ambulet: humilis vero,quia vbi in his ille constiterit sponte se nõ cuiuis subdit,sed sub potenti dei manu humilẽ facit,& discipulis obsequit̃ prece ptoris ob gratiam Iesu,q nõ rapinã arbitrat⁹ ẽ esse se deo equalẽ,sed seipsum exinaniuit formã serui accipiẽs,& figura inuentus vt homo humiliauit seipsum,fact⁹ obœdiẽs vsq; ad mortem mortem aũt crucis. Eo.n,ꝓcessit magnitudinis humilitatis decretum,vt nõ quẽuis habeat de se instuctorem,sed hæc inqat tantus noster ille saluator,Discite a me qa mitis sum & humilis corde,& inuenietis requiẽ aiabus vestris. Porro Iesu sentẽtiã in opulẽtos prolatã,facilius esse tradẽtis camelũ per acus foramẽ itrare,q̃ diuitem regnũ dei:aperte Celsus affirmat Platonem dixisse, & Iesum dictũ id corrupisse Platonicũ, dixerat eñ Plato:q ꝓbus sit,& diuitem esse impossibile admodũ fore. Quis aũt qui vel mediocriter ingenio valeat,non Celsum irriserit,nec Christian⁹ modo sed hoim quiuis,cum Iesum audiat Platonẽ legisse,q apud Iudęos sit natus & apud hos adoleuerit,& Ioseph sit fabri filius habitus,nec literas vspiã nõ solũ gẽtiliũ,sed ne Hebręor; qdẽ didicerit: qđ vtiq; q̃ de se extant scripturę testificant̃:& perinde ac his delectatũ Platonicis dictis,probũ quẽpiã opulẽtũ fieri nõ posse,dictũ id deprauasse, & in illud vertisse ꝙ facilius sit per acus foramen camelum intrare, q̃ dei regnũ q ditior sit! Q̃ si absq; odio & liuore euãgelia plegẽs Celsus veritati studeret, intellexisset ꝓfecto,cur camelus q oim est animãtiũ,quoad ei⁹ formã,tortuosissim⁹, desumptus sit i exẽplũ,& diuiti cõparat⁹:qdve sibi voluerit angustius illđ acus foramẽ,qđ vtiq; arctiorem arguit viã quę ducit ad vitã:& iuxta legẽ iã nosset immũdũ esse id animal,vt literis proditur,cũ alioquin qa rumineat admittatur, & ꝙ vnguibus haud quaq̃ sit intercisis, improbet: inuestigasset ꝓterea quotiẽs diuinis i iris sit productus camelus,& qb⁹ i reb⁹:& de diuitib⁹ quid Christi doctrina sentiret cõtẽplaret̃,& inquisitionem discussum nil reliqsset quẽadmodũ etiã p Iesum & pauperes dicerent̃ beatiores,& diuites miseri: & vtrũ ne de pauperib⁹ siue diuitibus quos ipse sensibiles reuelet,Iesus hęc fateret̃, an aliquã sciret ille paupertatẽ oino beatã,& diuitias pernitus iprobãdas: non eñ quis temere pauperes collaudarit, quoꝝ pleriq; sunt corruptissimis moribꝰ ingnati. Sed de his hactenꝰ: verũ cũ de

inceps hic velit q̃ apud nos de regno dei scribũtur contemnere, horũ nihil produxit, vt qui haud quaq̃ hæc iudicet digna quæ literis cõmẽdentur: qđ eo forsitan egit quia minus hæc
A intellexit. Sed cum Platonis dicta nonnulla ex illius epistolis, & ex ea pręcipue quã scripsit ad Phædrum exponit, perinde ac illa dũtaxat sint diuinitus edita, & nihil huiusmodi nostrę literæ habeãt: age pauca q̃dã & nos cũ his conferamus, quæ Plato etsi nõ sine persuasione protulerit, philosophum tamen nihil instituunt vt in rerũ conditoris queat cultu versari: q procul dubio nec adulterandus est, nec inquinandus idolorũ, vt nos dicimus seruitute, vel vt dixerint multi, superstitionib⁹. Psalmo decimoseptimo dicitur Deus posuisse tenebras latibulum suũ, vt plane significetur obscura multis & incognita esse, quæ de deo nobis innotuerunt, vt quæ deus ipse in tenebris occulat, & omnibus istis præcipue qui minime tulerint suæ scientiæ radios, nec queunt se intueri, partim mentis gratia ingnatę, quæ humilitatis sit corpore hoc & humano obducta: partim ob eius angustiorem in Dei notione virtutem. Vt autem pateat rarenter ad homines peruenisse Dei cognitionem: & in paucis admodũ hãc inueniri, Moyses tradit, vbi deus esset, caliginẽ subiisse: deq̃ Moyse rursum sic scribit: Appropinquabit Moyses solus ad dominũ, cæteri autem non appropinquent. Quinetiam propheta vt diuinarũ sententiarum ostendat profunditatem ab his minime posse cõprehẽdi qui spiritu careãt vniuersa scrutante vel dei profunda: Abyssus, inquit, sicut vestimentũ amictus eius. Saluator pręterea noster & dominus, Deiq̃ verbum cũ præfert paternæ scientiæ magnitudinem quæ sibi in primis & soli concepta notior sit, & iis deinceps quorum animo per se verbum & deus splendor sit inditus, inqt, Nemo cognouit filiũ nisi pater, nec patrem nisi filius, & cui filius reuelauerit. Nõ enim ingenitum, & omnis creaturæ videre quis primogenitũ poterit, nisi qui eum genuit pater: nec patrem nisi animatum verbum & sapientia eius & veritas, non participatione tollentis a patre quæ tenebræ nũcupentur, quas posuit latibulũ suũ, siue abyssum quæ eius dicitur esse amictus: & patrem sic reuelantis, vt quantũ cognitione is ceperit, hunc
B plane cognoscat. Hęc autẽ breuiter e pluribus duximus explicanda, quæ de deo sunt viri sanctissimi meditando complexi, dictis Platonicis arguẽdo quę Celsus hic demiratur, habere hos pręstantius aliquid obseruandũ qui oculos habeãt nõ inualidos scripturarũ magnitudinem intueri. Platonis autẽ dictũ quod Celsus produxerat, huiusmodi est. Omniũ regem omnia circũsistũt, & illius gratia vniuersa, & bonorum hic omniũ causa. Secũdũ autem circa secunda, & tertiũ circa ea quę tertia sunt. Humana itaq̃ anima circa hæc cupit perdiscere qualia sint, in ea intendens quę sibi cognata sunt, quoq̃ nihil habet sufficienter: de rege vero & aliis supradictis, nihil est istiusmodi. Possem equidẽ & ipse ea producere quæ de Seraphim sic Hebraice nũcupatis in Esaia scribuntur, vt dei faciem & pedes operiẽt, nec secus de Cherubim id nomẽ sortitis, de quibus Ezechiel scripsit: deq̃ eorum figuris, & quemadmodũ dicatur deuehi super Cherubim Deus: sed cum hęc occulte admodũ proferantur propter indignos quosdam & minus idoneos, quia nequeant diuinæ scientiæ cũ sententiarum altitudinem sequi, tum grauitatem: haudquaq̃ necessariũ duxerim de his hoc in opere disputare. Ait præterea Celsus, q̃ a C
Platonicis dictis acceperint, supercęlestẽ Deum Christianos iactare, & gloriæ ducere, & affirmare Iudæorũ hũc deum cęlum transcendere. In his vero nil explicat vtrũ & Iudæorũ Deum transcendere faciant Christiani, an id dũtaxat cęlũ per qđ iusiurandũ his sit. De his qui alium quempiã pręter eũ quem colant Iudæi, astruant Deum, nequaq̃ nobis propositum est hoc loco
D differere: sed rem nostrã tutari, & plane arguere Iudęorum prophetas quos ipsi admittimus: a Platone nil quippiam accepisse, nimirum qui sint Platone ipso antiquiores. Non igitur quod dixerat Plato omniũ regem omnia circũsistere, & illius gratia vniuersa hæc esse, a Platone desumpsimus: sed a prophetis pronunciata didicimus quę Platonicis dictis lõge sunt potiora. Iesu ipso & eius discipulis, q̃ prophetis ineſſet spiritus voluntatẽ aperiẽtibus, cũ spiritus iste nil prorsus sit a Iesu spiritu alienus: nec sane de loco illo supercælesti prior philosophus statuit, sed Dauid ipse diuinarum contemplationum & multiplicium profunditatem, quę in his insunt qui sensibilia ista transcenderint, iampridem constituit Psalmorum in libro sic inquiẽs, Laudate deum cęli cęlorum: & aquæ quę super cęlos sunt laudent nomen domini. Ipse vero nil desperauerim quæ in Phædro dicuntur, ab Hebræis quibusdam didicisse Platonem, vt quidã literis prodidere, ita vt cum in prophetica scripta is incidisset illud protulerit, Supercælestia loca e nostris poetis cecinit nemo, neq̃ in posterum pro eorum dignitate decantaturus est: & huiusmodi cætera: in quibus & illud est, Substantia enim quæ nec colorem nec figuram admittit, nec tactibilis est, animę haud dubia gubernatrix, sola mente conspicitur, circa

quam verę ſcientiæ genus hunc obtinet locum. Quin vel ex ipſis propheticis dictis inſtructus noſter Paulus ille,& quę ſuper omnem decorem ſunt cupiēs,& ſuper cęleſtia ipſa exoptās,& horum aſſequendorum gratia oīa factitās:in ſecū da ad Corinthios ſic inquit epiſtola.Id em̄ qđ in preſenti momentaneum eſt & leue tribulatio nis noſtrę,ſupra modū in ſublimitate ęternum glorię pondus operatur in nobis,non cōtēplantibus q̄ videntur,ſed quę non videnť:quę enim videntur tēporalia ſunt,quæ aūt non videntur ęterna. Et his ſane apertius,qui tolerantiores ſunt aurēs nacti,oſtendit ſenſibilia quidē ſe dicere quę oculis expoſita ſunt :ſpiritalia vero quę mente ſolum concipiūtur.Is itaq; & momētanea nouit quę ſentiunť & oculis patent: ſempiterna vero ſpiritalia ipſa & quę ſub aſpectum non veniunt:cūq; in iſtiuſmodi verſari ſpectaculo vellet , eorundem deſiderio ſubleuatus, preſſuram omnē nihili eſſe & leuē exiſtimabat: & cū admodum angeretur & afficeretur laboribus,nil iſtis opprimebatur,ſed cæleſtia illa ſpectando diſcrimen omne & angorē leuabat:cum diceret,Habem⁹ em̄ pontificem magnū, potentię ſcilicet magnitudine,qui cęlum penetrauit, Ieſum filium dei, & his ꝓmittentē qui in vero diuina didicerint,& pro horū dignitate duxerint vitam,ad ea ſe quādoq; quę ſupra mundū ſunt euecturum.inquit em̄, Quo ego vado,& vos paulo poſt venietis. Vnde & nobis poſt ſuſceptos in hac vita labores,ſpes eſt cæli ſumma conſcendere,& ſalientis aquæ vberrimos fontes in eternam vitam hauriendo,proq; Ieſu doctrina contemplationū fluuios affatim captando,fore vt ſimul cum aquis verſemur ſuper cęleſtibus illis deū collaudantib⁹: & q̄diu ipſi hūc efferemus,haudquaq̄ nos degrauabit cæli circumactio illa: quippe qui continenter inuiſibilia dei ſumus contemplaturi,nō vltra nobis a mundi creatione ex creaturis his cognita, ſed vt verus ille Ieſu diſcipulus inquit, facie ad faciem ſumus tunc eum viſuri.Et alibi,Cum venerit quod pfectū eſt,euacuabiť qđ ex parte eſt. E Septem autem cælos eſſe,vel horum numerum aliquem pfinitum,ſcriptiones ſacræ quibus in eccleſia vtimur haudquaq̄ denunciant,ſed cælos dicunt.Siue enim aſtrorū ſpheras,que græci Planetas appellant,ſiue pfundius aliud quippiam & arcanum videanť quorundā diſciplinę docendo prętendere,& e terra eſſe in terram & animis viam:Celſus tamen iuxta Platonem planetarum vi fieri hęc aſtruit. Moyſes vero antiquiſſimus ille noſter propheta,in viſione Iacob pphetę diuinū huic ſomnium viſum affirmat:ſcalam ſcilicet quæ cælum attingeret , per eamq; Dei angelos aſcendiſſe & deſcēdiſſe,dominū vero ſcalæ ſummitati innixum.Siue igiť hæc,ſiue maiora quædam præferret cū de ſcala faceret hic mentionē, de qua etiam in Philone Plato cōpoſuit librum:digna res erit quę apud F veritatis ſtudioſos inueſtigeť. Poſt hæc Celſus cum velit ſuā multarū rerū ſciētiā nos impugnando iactare,exponit & Perſica quædam myſteria inquiēs,Hęc quidē Perſarū diſciplina oſtendit,& Mithræ ſacra apud hos ſunt ,& in his duplex circūactio ſtellarum prætenditur , fixarum errantiūq;,& per has animæ tranſitus: cuius in rei argumentū,ſcala erigitur altior:in ea ſeptenæ ſunt portæ,ex plumbo prima,ſecūda e ſtanno,tertia ex ære,& ferro quarta,quinta e numiſmatis corio,ex argento ſexta , ſeptima ex auro conſtat.Primam Saturni eſſe ſtatuunt, plumbo aſtri tarditatem ſignificante : Veneris ſecundam,cui & ſtanni cum ſplendorem , tum mollitiem comparāt:tertiā Iouis, vt æreis gradibus & ſolidiſſimam:Mercurii quartā , operū em̄ omniū & negociorę tolerātiſſimum,lucraq; factitantē,callidū inſuper & eloquētē Mercurii dicūt:Martis quintā ob inæqualem admixtionem & variam:Sextam Lunæ argenteam: Solis ſeptimam quæ aurea ſit, perinde atq; aſtrorum hæc imitetur colorem.Inquirit deinde & cauſam cur ita ſint iſtiuſmodi aſtra apud hos iſtituta,& ex ſignis quibuſdā & item noſibus quæ materiæ cuipiam pro aſtrorū indita ſint qualitate:& muſicas iuxta Perſas theologiæ modulationes adnectit,exponitq;:pulchrum prętereа ducit & alia explicare,quæ ex muſicis ſpeculationibus pendeant.Mihi vero eſt abſurdius viſum,velle etiam quæ de his dixerit Celſus referre,& haud ſecus me facere, ac ipſe Chriſtianos Iudæoſq; criminando egiſſet. Intrępeſtiue nāq; ex Platone non ſolum deſumpſit nōnulla, quæ vtiq; nec ſat ſibi fore cū plane exiſtimaret, vel Mithræ neſcio cuius myſteria & quemadmodum gerantur libuit explicare. Vtcūq; igiť, cum apud Mithræ cultores, tum apud Perſas iſta ſe habeant,ſiue vera ſiue commētitia ſint: cur hæc potius ſacra q̄ aliorū myſteria,& quēadmodū gerātur,cōmeminit! Nō enim Greęcis videtur Mithræ myſteria Eleuſiniis eſſe prętiora,vel Hecatis,quæ his tradita ſunt,qui Æginæ inſulę initiantur.Cur nō etiā,ſi inerat aīo barbaroq; ſacrificia explicare,Ægyptiorū potiꝰ in quibus plurimi gloriātur, vel Cappadocum apud Comanos,Dianę,vel Thracū ſacra exponit,in qbus ex Senatu nobiliſſimos immolant! Qz ſi minꝰ opportunū ducebat aliqd iſtoq; pducere,quia nihil ad Iudęoq; & Chriſtianoq; criminationē cōduceret : cur etiā nō intrępeſtiuū

A id videbatur, quod de Mithrę sacris narraret. Si quis autem velit non ab ignobilissima hæresi p Celsum producta, sed a libris partim Iudaicis, & eorum in synagogis sæpe perlectis, quos vtiq; Christiani admittunt, partim Christianorum ex scriptis duntaxat causas capere, quibus mystice quis cõtempletur quemadmodum animis ad diuina illa sit aditus, legat Ezechielis prophetæ libri postrema: qualianam illi sint per visum spectata, in quibus variæ portæ cõscriptæ sunt, quæ de multiplici diuinarum animarũ ad meliora ingressu nonnulla designant. Legat etiam in Ioãnis Apocalypsi quæ de ciuitate dei Hierusalem illa cælesti scribuntur, deq; huius fundamentis & portis. Q; si quiuerit vel ex signis quod innotuit iter perdiscere quo ad diuinitatem homines tendunt: legat & Moysi Numeros, conquiratq; qui huius scripta poterit mystice interpretari: cum filiorum Israel castra describit, quænam sint ad orientalem plagam dispposita vt prima, quę ad meridianam & Notum, quæve secundum mare, quæ insuper ad occidẽtem vt vltima. Videbit profecto in his quę pro singulis locis contemplari quis non negligenti? possit, nec ad Celsi opinionem stultos quosdam & serules auditores ista deposcere. Qui enim hęc ipsa aduerterit, quales scilicet in Iudæorum castris sint homines, facile comprehensurus est, & eorum naturam qui numero exprimuntur, & singulis tribubus accommodantur: de quib? aliquid dicere in præsentia haud quaq; visum est opportunum. Nouerint autem cum Celsus ipse, tum qui eius scripta sunt perlecturi, nec cæ los septem diuinas literas tradidisse, nec nostros quidem prophetas, nec Iesu discipulos, nec ipm deniq; Dei filium aliqua protulisse, quæ vel a
B Persis, vel a Cabiriis accepissent. Deinde Celsus ad ea quæ de Mithræ dixerat sacrificiis, & illud insuper pollicetur: q; si quis Christianorum sacra quædam voluerit cum Persarum quæ dixerat sacris conferendo expendere: quemadmodũ inuicem se ea suscipiant, & illa quidem Christianorum hos illosve ritus enudent, facile poterit istorum contemplari discrimen. Et sane vbicũq; Celsus hæresum quę tenuerit nomina potuit explicare, edere illas nil piguit, quarum videbitur esse non nescius: vbi vero potius oportebat, & si minus his fidem præstaret, hoc vt faceret & doceret, quænam sectarum præfigurato diagrammate vteretur, haud quaq; id egit: sed videre videor, vel ex audiunculis leuioribus Celsum nonnullis quæ de diagrammate protulit, ex Ophianorum obscurissima hæresi ex parte aliqua protulisse. Hanc enim ipsi, vt sumus discendi cupidiores, perlegimus, & hominum figmẽta quædam esse comperimus domos penetrantium, vt Paulus inquit, & mulierculas captiuas ducentium, oneratas peccatis, quæ ducuntur in desideriis variis semper discentes, & nunq; ad scientiam veritatis peruenientes. Si quidem istorum diagrãma adeo nihil in se habeat quod suaderet, vt ne mulierculæ quidem ipsæ quæ decipi facile possunt, nec agrestes admodum homines, quibus leuiter suadetur, illi assentiantur & pareant. Neminem igitur, & si pleraq; terrarum loca peruasimus, & summo studio conquirendos hos duximus qui scire se aliquid profiterentur, vsq; inuenimus qui huius diagrammatis sensa vel leuiter laudaret, in quo lineares orbes inerant decem, disiuncti ab inuicem, & resoluti, orbe vno comprehensi omnes, & circũacti, qui vniuersorum animam ferebãtur prætendere, & Leuiathan circulus ille appellabatur: quem vtiq; Iudæorum scripturę vtcũq; præferrent a deo confictum ludibrio dixerint: si quidem in Psalmis scriptum comperiamus, Oía in sapientia feciſti, impleta est terra possessione tua, mare magnum & spatiosum nimis: illic naues pertransibunt, bestiæ pusillæ cum magnis, Draco iste quem formasti ad illudendum ei. Draconis autem loco Leuiathan in Hebraico habebatur. Impium igitur diagramma illud, per prophetam tantopere apertius improbatum Leuiathan animam esse asseuerabat, quæ perinde plantata omnium gratia extitisset. Inuenimus etiam in eo Beemon dictum, vt post infimum circulum exaratum. Leuiathan vero quod scelestum diagramma illud confinxerat: desuper circulo & eius centro inscriptum eius bis expo sito nomine. Ait præterea Celsus nigra & pin- C
guí linea distinctum id esse diagramma, & per hanc lineam, gehennam & tartarum significari. Nos vero gehennam in euangelio scriptam etsi in cruciatus significationem inuenimus, quæsiuimus tamen sicubi forsitan in veteribus literis diceretur, præsertim cum Iudęi nomine hoc ipso vtantur. Et alibi plane comperimus Pharanx siue Ennon in sacris literis gehennam nũcupatam: in Hebraico vero pro pharanx didici mus quemadmodum præter illius subiectũ Ennon pharanx dicebat vel gehenna: cum vero q; in frequentiori sunt vsu nos obseruamus, inuenimus & in sorte Beniamin tribus, gehennam siue pharãga, Ennon denominatã, cuius & Hierusalem erat: & cũ id scrutaremur, cur cælestis Hierusalem diceret in sorte Beniamin, & pharanga Ennon, repimus aliqd eo in loco, vbi de supplicíis agit q; ad animarum purgationem cũ quęstione recipiunt: iuxta illud, Ecce dominus venit vt ignis cõflans, & herba fullonũ, & sede-

bit conflans & emundãs tanq̃ aurum & argentum: & secundum illud q̃ circa Hierusalem supplicia inferanť illis conflatis qui in eor̃ animæ subsistentiam prauiora quædam admiserint: & tropice plumbum alibi supplicia hęc nuncupãtur, & idcirco iuxta Zachariam malitia super plumbea statera insederat. Verum quæcunq̃ dici hoc loco possent, neq̃ omnibus sunt, neq̃ hoc tempore explicanda: nec sine periculo fieret, aut iactura, vt apertius explanata hæc literis mandarentur: tanq̃ plerisq̃ non maiori indigeant disciplina, q̃ vt tormentorum admoneantur quibus peccatores afficiuntur & scelerati. Nam ea præterire quæ de gehenna perhibentur, eorum gratia nihil expediet, qui vix perpetui quidem supplicii metu, a sua nequitia & peccatis ex hac pdeuntibus reprimuntur. Non itaq̃ vel diagrãma illud, vel Celsus ipse gehennæ tenuit rationem: quam profecto si ipse & cæteri tenuissent, neq̃ Ebionæi lineamenta hæc & diagrammata tam magni vnq̃ fecissent, vt per ea crederent veritatem se ostensuros: nec Celsus suo in Christianos opere, quæ haudquaq̃ per Christianos tradita essent, sed quę ab iis dicerentur qui nuspiam sunt, & esse iam penitus desierunt, vel ad paucorum numerum sunt tandem redacti suis in Christianos calumniis interiecisset: & quemadmodum eos nil deceat qui Platonici sint philosophando pro Epicureis respondere, eorumq̃ impia decreta quædam tutari: sic nobis nil erit ad ea quæ diagrammatis sunt respondendum, quæve in id per Celsum dicuntur. Quocirca vt superuacanea & frustra exposita nos prætermę, quæ aduersus istorum deliramenta Celsus ptulerit: quandoquidem acrius longe q̃ Celsus nos incusemus qui dictis huiusmodi occupantur.

D Celsus vero ex diagrãmate illo nõnulla sibi ipsi exponit, quę nec audita cuiq̃ sunt: & de eo præcipue quod apud nos signaculum dicit, aliena q̃dam pducit, & mutuas voces imponit: perinde ac pater qui signaculum ingerit vocitetur, qui vero hoc obsignať filius nuncupeť, & rogatus illud respondeat, Vnctus sum vnctione candida ligni vitæ: quæ sane nec ab ipsis hæreticis dicta accepim9. Deinde & numerum quẽdã præfinit ab his nunciatũ qui signaculũ tradunt, angelorum septem vtriq̃ animæ assistentiũ corpore excessurę: quor̃ quosdã lucis angelos dicit, principales vero nõnullos, q & principaliũ principem deum per eosdem dici affirmat & detestabilem.

E Repetens deinde quę dixerat, iure hos criminať qui proferre huiusmodi audeant. Huius autem rei & nos gratia, inquiens, haud secus id ægre tulerimus, atq̃ hi qui hos criminanť, si qui forsitan sunt qui Iudęorũ deũ detestabilẽ dicãt, qui pluat, qui altitonãs sit, & mundum istum condiderit, q & Moysi sit, & iuxta hũc machinę huius creatę deus. Videť autem Celsus nescio qd ex his voluisse: quod sanæ mẽtis nil præferat argumentum, sed in nos odiũ potius philosopho viro indignum: qd vtiq̃ iniquissimũ sit. Id eñ ei inerat animo, vt qui ex nostris in posterum eius scripta perlegerent, nobis per iurgia litigarent, perinde ac deum quempiam execrabilem affirmantibus, qui mundi esset tam optimus fabricator. Et sane apparet nil secus egisse, ac Iudæi in ipsis Christianę religionis & veræ disciplinę primordiis factitabant: qui ad nostrę doctrinę notã & infamiam illud disseminarent, q̃ Christianis puerum aliquẽ immolandi mos esset, cuius & carnem singuli degustarent. Insup & id mendacio affingebãt, quemadmodum qui ex Christiana essent hac disciplina, cum ea quæ in operto fiunt facere vellent, extinctis luminibus ei quã quisq̃ nactus esset admiscerenť. Quę infamia temere edita oli plurimos occupabat, ita vt ex ea qui essent a fide hac alieni, pstiasum haberent, istiusmodi esse iam Christianos: & ad id temporis sic fallit nonnullos præsumpta hęc & praua opinio, vt ea de causa Christianos sic auersentur, vt ne vel simplicia cum his ineant verba. Tale igitur Celsus aliquid moliendo, ea mihi exposuisse videtur, vt Christiani detestabilem astruere deum, & creatorem coarguãtur & ita vt eum qui fidem præstiterit aduersum nos ista dicenti (si fieri potest) inducat vt & ipse Christianos existimet ipierate cæteros anteire. Res ipsas præterea Celsus confundens, & causam explicat cur execrabilis deus efficiatur, qui iuxta Moysen mundum condiderit, inquiens. Est enim is vel iuxta hos execrãdus, qui de eo hæc sentiunt, quãdoquidem serpẽti recti praui q̃ cognitionem primis hominibus suggęrenti, hic maledixerit. Fugere tamen Celsum illud non debuit, quẽadmodũ qui serpentis partes tutandas suscipiũt, vt primis hominibus optime consulentis, perinde ac Titanis & gitãtibus ipsis deuictis, vt fabulę ferunt, siqdẽ ex Opheos græce id est serpente Ophiani sint vocitati, tantum absunt vt Christi sint sectatores, vt nil minus q̃ Celsus hic, Iesum incusent: nec eorum quispiã in concilium pdeat, nisi execrationes & maledicta in Iesum prius cõgesserit. Aduerte autem q̃ temere in his egerit Celsus, q̃ aduersus Christianos oblatrat: quandoquidem cum nostrę religionis hominibus Ophianos istos contulerit qui ne Iesu qdem velint vel nomẽ id audire. Qr si vel sapiens is quispiã esset, vel forte moribus temperatior, vel saltem humanus: quid tamen apud eum vel delirius esset, vel plane vesanius

q̃ velle ex ſerpente ſe, vt bonoꝝ auctore, conſtare! vel Celſo ſtolidius, qui putet iiſdem crimini bus Chriſtianos ſe affectuꝝ, quibus & Ophianos notauerit. Olim igit̃ qui rerum tenuitatem amauerat Græcoꝝ philoſophus, & vitæ felicioris exemplum ediderat, vt minus prohiberet̃ ex pauptate felicitatem hãc aſſequi, ſe alioquin Cynicum eſſe ſic inquiẽs ꝓfiteꝛ. Hi vero irreligioſi & impii ex ſerpente humanæ naturæ infeſtiſſimo quidem & phorrẽdo, tanq̃ ipſi non homines quibus eſt ſerpens inferior, ſed vt ſerpẽtes, gloriæ ducunt qꝺ Ophiani, hoc eſt qꝺ ſerpentini dicant̃, Euphraten neſcio quẽ diſciplinę huius ſceleſtioris auctorẽ iactantes. Moxꝙ tanq̃ Chriſtianis conuiciaturus, hos apertius criminat̃, q Moyſi, & iuxta Moſaicam legem deum execrabilem dicũt: & cum Chriſtianos eſſe hos crederet q talia dicerẽt, ſubdit, Quid autem ſtultius aut veſanius hac inſenſata ſapiẽtia fuerit? Quid enim deliquerat q Iudæis cõdidit leges? vel quo pacto quæ idẽ de mundi creatione conſcripſit, vel Iudaicã legem ꝓ figuratas quaſdam allegorias tibi interꝑtãdam deſumis? Collaudas vero vel nolens o impiiſſime mundi fabricatorem, q his oĩa polliceat̃, & iſtoꝝ ſe genus ꝓpagaturum vel aduſqꝫ fines terraꝝ ꝓmittat, excitaturumqꝫ e mortuis vel cum carne ipſa & ſanguine, & in ꝓphetas ſpiritũ diuinum deniqꝫ affiaturũ: nec tamen definis hũc criminari: aſt vbi vis tibi aliqua ab iſtis inferr̃, hunc ipſum te colere deũ fateris: cum vero contraria quædã cũ veſter ꝑceptor Ieſus, tum Moyſes ſtatuũt, mox aliũ deum huius loco & patris ꝓquiris. Vel his qdẽ ſtrenuiſſimus philoſophus Celſus Chriſtianos aptius carpit, cum inqt: Vbi tibi vim Iudęi intulerint eũdẽ q & his ſit te deũ fateri: cum vero Ieſus & Moyſes leges ſanciẽdo, diuerſa iniunxerint, aliũ eſſe huius loco conquiſiturum. Verũtamen ſiue cum Iudęis nobis ſit altercatio, ſiue cum his ſentiamus, vnum vtiqꝫ deũ & eundẽ hũc ipſum tenemus, quẽ olim & Iudęi coluerint, & colere ſe in ꝑſentia ꝓfitent̃, nec ꝓ impietatẽ in hunc ipſi praue delinqmus: haud tñ illud fatemur, cũ carne ipſa & ſanguine (vt ſupra dixerat Celſus) homines deum excitaturum: neqꝫ enim qđ in corruptione ꝓſeminatum eſt, in ignobilitate & fragilitate corpus aliquod animale reſurrecturum aſſerimus, quale fuerat antea ſeminatum. Sed de his ſupra mediocriter iam diſſeruimus. Repetit deinde q̃ de ſeptem dæmonibus dixerat, quorũ nuſq̃ ꝓ Chriſtianos ſit mẽtio: puto tñ ab Ophianis id hũc accepiſſe: & ſane in eo in quo & nos inſudauimus diagrammate aſſequendo, ſeriem omnẽ compim⁹, haud ſecus ac Celſus expoſuit. Is enim principem illũ fuiſſe aſſeuerabat in leonis ſpeciem figuratum: nil tamen explicãs quẽnam hunc ipſum, qui in vero impiiſſimi ſunt, vocitarent. Nos vero compimus, diuinis in literis conditoris angelum ꝓbatiorem illum & celebrem, flagitioſum id Ophianoꝝ diagramma Michaelem dixiſſe, qui leonis gereret ſpeciẽ. At Celſus taurũ appellabat, qui ſecundus eſſet ex ordine: hunc diagramma Suriel nominat, qui in tauri ſit ſpeciem figuratus. Tertiũ Celſus Amphiuium, & vtrobiqꝫ degentem, & horrendum in modũ exibilantẽ: hunc diagrãma draconis i ſpeciem Raphaelẽ tertiũ vocitabat. Itẽ & quartũ Celſus aquilę formã habere aſſeuerabat, diagrãma vero Gabrielem dicebat, q præ ſe aquilã ferret. Quintum deinde hunc aſtruebat, q vrſi eſſet faciem nactus, quẽ diagrãma Tauthauaoth nuncuparet, q vrſi faciem gereret. Sextum ꝑterea Celſus ferebat apud illos literis ꝓditũ canina facie eſſe, diagramma vero Erathaoth nominabat. Hic idem deniqꝫ ſeptimũ fatebat̃, qui eſſet aſini capite inſignitus, & Taphabaoth diceret̃, ſpecie aſinina exiſtens. Hunc ipſi in diagrãmate illo cõpimus Onoel, vel Thartaraoth dici, q aſini ꝑferat ſpeciem. Hæc autem viſa ſunt diligentius explicãda, ne videremur ea nos ignorare quæ Celſus ſe ſcire iactauerit: oſtẽderemuſqꝫ Chriſtianos longe certius ea tenere, haud quaq̃ eſſe ex Chriſtiana doctrina deprompta, ſed a ſalute ferenda pœnitus aliena, nec Ieſu inſcriptiõe notata, vel Saluatoris, vl̃ dei & magiſtri, ſiue dei filii titulo inſignita. At ſi quis velit q̃ venefici illi confinxerant ſcire, quibuſve & fallere homines vellent, & ad ſuam traducere diſciplinam, ꝓinde ac arcana quædam haberent, & quæ efferri minus fas eſſet, etſi haud multum valuerint, audi qualibus hi inſtruant̃, quęve & legere ſoleant, vbi, vt ipſe vſurpant, vitioꝝ ſepta tranſegerint. Principum fores ſeculo (inquiunt) alligatas, regem moris vnius, vinculũ cæcitatis, obliuionẽ incircũſpectã ſaluto: primã potentiã ꝓuidentię ſpiritu & ſapientiæ cõſeruatã, vnde integer emittor. Lucis iam portio filii, patriſqꝫ gratia, mecũ ſit, ita pater adeſto. Quin & illud dicere edocent̃, cum eũ quẽ Ialdauaoth nuncupant ipſi quadũt. Tu vero cũ fiducia primæ ac ſeptimæ vt interpres factus Ialdauaoth, princeps verbum exiſtens integræ mentis, opus ꝑfectum, filio patriqꝫ impreſſa forma, vitæ ſignũ ſupinducẽs quã occluſiſti ſeculo, tuo portã mundo reſerãs, concedo tuam liber iterum in poteſtatem: gratia mecũ ſit, interceſſor adeſto. Ferunt & principi pi q leonis ſpecie ſit, aſtrũ illud ſplẽdidius affici. Putãt ꝑterea q legẽdo Ialdauaoth illum pcurrerit, & vbi ad Iadim venerit dicendum id eſſe, Tu autem occultorum myſteriorum filii & pa-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

tris princeps,noctu lucens ſecunde Iabo,& do-
mine principalis,mortis pars innoxiæ, geſtans
iam ꝓpriũ indiciũ, accedẽs ac libẽs tuũ ad prin
cipatũ,validiorem tu reddidiſti q ex te natꝰ eſt
verbo viuente.Gratia mecũ ſit, interceſſor ad-
eſto.Mox & Sabaoth ſubdũt: quem ſic affari ne
ceſſarium ducunt,Quintæ poteſtatis tetrarcha
Sabaoth, prelator legis tuæ creaturæ gratia ſo-
lutæ, quinario numero hoc fortiore exhibe me
ſignum tuæ artis ſpectare inculpabile,typi ima
gine cuſtoditum, quino numero ſolutum cor-
D pus.Adeſto mihi,interceſſor adeſto.Poſt hunc
vero Aſtapheon ſic appellandum exiſtimant,O
tu qui tertię præſides portę Aſtapheon ſacrorũ
inſtructor,primæ cuſtos aquarum originis,vnũ
intuens auctorẽ:redde me virginis ſpũ munda
tum,qui contemplaris mundi ſubſtantiam: gra
tia mecum ſit,interceſſor adeſto.Hunc Elobion
ſequit,quẽ ꝓcandum ſic arbitrantur, Secundæ
princeps portæ Elobie exhibe me tuæ matris ti
bi vt deferam ſignum,gratiam occultam, viri-
bus poteſtatẽ:gratia mihi adſit, interceſſor ad-
eſto.Poſtremum Oreum appellant, cui ſic autu
mant ſupplicandum, Trãſcendens ſepem ignis
interrite,primę ſortitus portę dominatũ Oree,
ſine me tuæ videre potentię ſignũ,vitę ligni ter
minatum figura,imagine ad ſimilitudinem de-
ſumptũ inſontis.Gratia mecum ſit, interceſſor
adeſto.Ad hæc enarranda, Celſi nos multiplex
quidem credita rerũ ſcientia, q̃ curioſitas potiꝰ
& nugacitas dicẽda eſt,puocauit.Siqdẽ id ani-
mo inerat his plane q Celſi ſcripta quãdoq; ſũt
perlecturi,& noſtra qbus illi reſpondimus: pate
facere nec nos Celſi diſciplinarũ eſſe ignaros,in
quibus Chriſtianos falſo calumniat, vt q huiuſ
modi nec ſentiãt qdem nec teneãt: tametſi no-
bis placitum ſit,hæc ipſa & noſſe & explicaſſe,
ne cum ſcientia is & doctrina ſe nos ſuperatu-
rum ꝓmittat,venefici hoies hos circũueniant,
qui nominum imaginatione & formidine pci-
E ti rapiunt. Poſſem equidẽ & alia pleraq; profe
rens demonſtrare,quẽadmodum.ſ.nihil nos fu-
giãt nebulonũ & fallaciũ hoim facta, q̃ vtiq; vt
a noſtris aliena & impia repudiamus: nõ enim
cum Chriſtianorũ certioribus dictis illa conue
niunt:nimirũ qbus ad mortis vſq; diſcrimẽ in-
ſiſtimus.Et ſane ſciẽdum eſt, quẽadmodũ q iſta
cõmenti ſunt,cum nec magicæ artis habeãt no
tionem,nec ea quæ diuinis literis inſunt diſcer-
nant,confuſe oĩa ꝓtuliſſe: ex magica ſiquidẽ Ial
damoth Iaoia : ex Hebræis vero Sabaoth, ſiue,
Adonai,& Eloeum perditi hoies acceperũt: quę
vtiq; nomina ex ſacris ſcriptiõibꝰ ſumpta,eiuſ-
dem ſunt & vnius dei cognomina:quod ſane,cũ
dei hoſtes minus intelligant,vt & ipſi fatentur
exiſtimarunt aliud Iaha eſſe, aliud Sabaoth, &
aliud quod tertium eſt p̃ter horum ſignifican-
tiam,Adoneum,quem ſacra ſcripta Adonai p-
tulere:aliud p̃terea Eloeon, quod ꝓphetæ Eloai
hebraice dicunt.Fabellas inſuper alias quaſdam
explicat Celſus,q; alii quidem ſpirẽt leones, alii F
tauros,dracones alii,ſiue aquilas,ſiue vrſos, ſi-
ue canes hic dixerit. Comperimus autem in eo
quod diximus diagrammate,& illud quod Cel
ſus quadrangularem appellauit figuram, & ab
Ophioneis miſeris illis pro paradiſi foribꝰ aſta-
re aſſerebatur.Erat autem (vt ita dixerim) in
biangularis circuli modũ & ignis ſpeciem ꝓfe-
rentis flammea illa romphęa,tanq̃ haſtæ præfi-
xa,cum ſcientię ligno,tũ vitæ.Celſo aũt haud-
quaq̃ libuit,vel forte non licuit,conciões expo-
nere per Ophianos iſtos ad portas ſingulas pro
impiorum deliramentis & fabulis habitas, ſed
has narraturi ſunt qui eas percurrerint:nos ve-
ro ea propter id egimus,vt imperfectorum finẽ
ſacrorum,tum Celſo aperiamus,tum his q lectu
ri hęc ſunt, vt plane intelligant iſtiuſmodi ho-
minũ deliramenta a diuino Chriſtianorũ cultu
aliena nos habuiſſe. Celſus vero vbi p̃dicta de- G
niq; explicauit q̃ & his ſimilia ſunt, & nos ipſi
adiecimus:talia infert.Hi vero alia aliis ingeni
ſere,vt ꝓphetarum dicta, & circulos circulis,&
eccleſiæ terreſtris defluxus, circunciſionisq; &
virginis cuiuſdam agilioris fluentem virtutẽ,
viuẽtemq; animam,& cælum vt viuat occiſum,
terram inſuper gladio trucidatam,& multos vi
tæ degendæ gratia interemptos: quieturamq;
quandoq; in mundo mortem,cum mundi pec-
cata interierint: & rurſus deſcenſum anguſtio-
rem & portas vltro patentes:vbiq; p̃terea & vi-
tę lignum,& carnis per lignum reſurrectionem.
Quod equidem puto idcirco factũ,qa eorũ ma-
giſter ſuffixus patibulo eſt,& faber erat lignari
us:ita vt ſi fuiſſet e rupe aliqua p̃cipitatꝰ,in ba-
rathrumq; impactus, vel laqueo ſtrangulatus:
vel coriarius aliquis,vel lapicida,vel faber ferra
rius extitiſſet:iure forſitan iſti confingerẽt quẽ-
admodum ſupra cęlos p̃cipitium aliquod vi-
tæ,vel reſurrectionis barathrum eſſet,vel taber-
naculum immortalitatis, vel precioſior lapis,
charitatiſq; ferrum,vel corium ſanctius figura-
tum.Enimuero ſi vel anicula quæpiam ſit, vbi
infanti alluſerit,& fabulam addat, nõne vel ta-
lia admurmuraſſe hanc puduiſſet! Sed in his
vtiq; Celſus vanas videtur auditiones confun-
dere:par enim eſt qui e quauis hæreſi dictiuncu
las accepiſſet, & eas pro hæreſis voluntate mi-
nus exp̃ſerit,ſed verba tantum cõnexerit, oĩm
plane vt arguat ignarus:nec ſolum nr̃arũ rerum
vt neſcius videat, ſed ne hæreticoꝝ is quidem

tenere diuersitatem appareat qui Christianorũ res omnes callere se iactat: id enĩ vel ꝓposita eius oratio patefacit: sed nostrum est ꝓphetarũ vatiçiniis vti, q Iesum esse hũc affirmam⁹, quem illi Christũ ꝑdixerint: qve ex ꝓpheticis dictis palã iam facimus, quæ de Iesu sunt finem in euãgelijs consequuta. Circulos vero circulis adaggerare, ꝑdictę forsitã hæresis fuerit, orbe vnico cõplectentis, quã oĩm esse animã asserũt, & Leuiathan septẽ illos principũ orbes. vel forte ex Ecclesiaste ꝓceptũ, hmõi disserẽte, Pergit spiritꝰ, & in circulo suo reuoluit. A Qz vero de terrestris ecclesiæ fluxu & circuncisione hæc dixerat: a quibusdam forte desumpsit, qui a cæsti quadã ecclesia & sęculo meliori fluxisse terrestrem ecclesiam tradunt, & circuncisione quadam, & purgatiõe aliqua in ea ecclesia orta: cui & argumẽto esse affirment qꝺ lege fit circuncisio. Velocioꝛem autem sapientiam quandam Valentiniani appellant ꝓ eorum circunuenta erroribus sapiẽtia: cuius esse indiciũ volũt, q̃ sanguinis fluxum annum sit duodecimũ passa: q̃ res cũ fama ad se pueniſſet, q oĩa greca simul confundit & barbara, q̃ ve & hæresum sunt: illud subiecit, agilioris cuiusdã virginis virtutẽ fluxisse. Aĩa aũt viuẽs in eorum forte arcanis exprimitur, qui a Valẽtino hæretico ꝓfluxere: & eo in loco, vbi spiritalem nuncupãt cõditorẽ. Vel ad demortuæ aĩæ forte discrimẽ, viuens aĩa apud quosdã non ingenue eius dicat q sit saluus futurus. Occisum vero vel cęlum dici, vel terram cultro necatã, & multos denicꝺ iugulatos vt viuant, nusq̃ nos legimus: nec sane ab re fuerit, ista Celsum de se ꝓtulisse: quieturam aũt in mundo mortẽ cũ mũdi ꝑcata cõmorient, ꝓferre illud equidẽ dixerim, qꝺ apud Apostolũ mystice sic explicat, Cũ autem oẽs inimicos subiugabit sub pedib⁹ suis: tunc postremus inimicus destruetur mors. Et illud, Cum autem corruptibile hoc incorruptionem induerit: tunc fiet quod dictum est, Absorpta est mors in victoria. Descensum ꝓterea angustiorẽ, his forte denunciauit, qui putant aĩas in varia corpora commeare. Dici autem sponte sua portas patere, haud sane incredibile est: cum a nonnullis tradatur, Aperite mihi portas iustitiæ: & ingressus confitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. Quinetiam & in nono Psalmo sic dicitur, Qui exaltauit me de portis mortis, vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. Portas autem mortis quæ ad perditionem deducũt, delicta esse Christiana doctrina affirmat: quẽadmodum econtrario portas Sion virtutis asserit portas. Hæ nãqꝺ confestim eis aperiuntur, qui virtutis rectiora sacinora consectãtur. De ligno autem vitæ facilius quispiam differet, qui descriptum dei in Geneſi paradisum interpretet ab eo plantatum. Sæ B pe etenim Celsus resurrectionem irrisit, vt quã minus nouisset: nunc vero non his contentus q̃ dixerat, a ligno dici resurrectionem carnis affirmat: quod vtiqꝺ & hũc arbitror audisse, qa symbolice per lignum mors constet, per lignum & vita: mors quidem in Adam, & vita in Iesu. Proinde illudens quæ de ligno scribũtur, bifariam illud irridet: inquitqꝺ idcirco id vsurpari, vel qa in crucem magister noster sit actus, vel quia faber erat lignarius: cum minus tamen intelligat, vitæ lignum per Moysen literis commendatũ: nec plane cognoscat quemadmodum in euangeliis quæ in ecclesia perleguntur, nusq̃ faber Iesus sit scriptus. Autumat ꝓterea quæ de ligno hoc dicimus sub figuris quibusdam interptando, id vitæ lignum nos confinxisse. Quinetiam illud quod hũc in modũ eius errorẽ subsequit, subdit: qꝺ si fuisset ille e rupe aliqua ꝑcipitatus, vel detrusus in barathrũ, vel laqueo strangulat⁹ esset forsitan supra cælos vel vitæ fictum aliqd ꝑcipitium, vel barathrũ resurrectionis, vel ĩmortalitatis & tabernaculum. Et illd rursum, Si enĩ quia faber hic factus esset lignarius, confictum est vitę id lignũ: consentaneum id forsitan esset, si coriarius vt de corii sanctitate dissereret: si lapidum sculptor, de lapide ꝓbato: si ferrarius, de ferrea læuitate. Enimuero quis ex eo non videat criminum obiectoꝝ tenuitatẽ, quãdoqdẽ eos homines iste obiurget, quos falsos antea & circũuentos ad veritatem se redactuꝝ pollicebat? Post hæc & alia subdit fictionibus congruẽtia: principes. s. nescio quos, asinino capite, & in draconis figurã effigiatos, vel alia q̃dam: nõ tamen apud nostros ecclesiæ hoies ali⁹ item effinxerit. Et vere qdem, aniculã cũ puero alludit, vbi mero incaluit, talẽ fabulã illi incinere & insibilare iam puduisset, qualẽ cõmenti sunt q & asini capite quosdã cõfingũt ad portas singulas cõcionari. Atqui quæ ad ecclesiã attinẽt, haud quaq̃ C Celso sunt cognita: nimiꝝ cũ ꝓpauci admodum ea intellígere potuerint: & hi qdẽ q vitã omnem iuxta Iesu ꝑcepta scrutãdis scriptutis sese addixere, & acrius lõge q̃ Græci philosophi cum de arte nobili aliqua ꝓnoscẽda cõtẽdũt, in congressu sacroꝝ scriptoꝝ sensis insistũt. Neqꝺ his sane strenuus vir ille contentus q̃ ex diagrãmate hæreticoꝝ ediderat, placuit etiã crimina in nos augere, qbus nihil sit cũ diagrammate illo commune: & alia interea q̃dã hæreticoꝝ istoꝝ sub alioꝝ ꝓtextu dicta repetere. inqt enim, Horꝝ aũt illud haud quaq̃ miraculi loco habẽdũ, cum dicunt inter circulos quosdam cælestes desup esse nõnulla inscripta, & alia duo nescio quę, maius

UNIVERSIDAD DE MURCIA

quiddam & minus,in filii patriſq; diſcrimẽ.Ipſi vero in diagrammate illo maiorem circulum & minorem comperimus, quorum in diametro pater erat & filius inſignitus:& maioris inter-medio ſpatio,in quo minor circulus ille conclu debatur,& alios duos ex circulis vidimus duo-bus compactos,quorum exterior flauo,interior glauceo eſſet colore: ſupraſcripta vero interca-pedo in dolabri ſpeciem, cui⁹ ſuperiore in par-te circulus inerat breuior, a maiore q̃ primi eſ-ſent, dependens, qui effigiatam in ſe charita-tem haberet. Inferius vero ea ex parte qua ma-iori inhæſerat, vita erat effícta. In circulo de-inde ſecundo & circumacto,duos alios circulos complectente, figura alia quædam erat inſcri-pta quæ ſapientiam preferret & prouidentiam, quadrangularis oblongior.Quorum in circulo rum vel intermedia & cõmuni linea interſciſſa, ſapientiæ erat exarata natura:deſuper vero cir-culus circumactus in quo ſcientiæ inerat titu-lus,& infra hunc alius in quo intellectus inſcri-bebatur.Hæc ipſi contra Celſi deliramenta dicẽ da deſumpſimus,vt lecturis iſta in poſterum p-ſpicuum faciamus, longe nos clarius ea nouiſſe q̃ nouerit Celſus,nec ex auditu habere,quæ per
D nos admodum improbantur. Q⁊ ſi magica q̃-dam & venefica profitẽtur qui illiuſmodi glo-riantur ineptiis,& illis id fuerit ſapiẽtiæ caput: nos tamẽ haudquaq̃ ſumus hæc aſſerturi,quip-pe qui iſtiuſmodi noſtris in literis nuſq̃ compe rimus:ſed Celſus viderit,qui & falſi teſtimonii, & abſurdiſſimarum fuerit criminationum con uictus,vtrum in his mentiatur, ſiqua forte de peregrinis quibuſdam,& a fide alienis cõcepta, ſuo in opere explicauit.Illis deinde qui magicis quibuſdam præſtigiis (vt ipſe affirmat) & ve neficiis nomina nuncupent barbara dęmonum quorundam:iſtiuſmodi obiicit. Non enim ſec⁹ hi,inquiens,faciunt,atq; illi qui his ipſis nitun tur,quæ miraculo ſint imperitis & rudibus: cũ alia ſint apud Græcos dæmonum nomina,alia apud Scythas.Ita mox infert quod ab Herodo-to forte exceperat,Apollinem Scythas Gongo-ſyron nuncupare,Neptunnũ Thageſimana, Ve nerem Argempaſan,Veſtam Tamiti.Perquirat ergo qui poteſt,vtrum non iſta cum Herodoto ſimul & Celſus ementiatur:perinde ac neſciant Scythæ hæc eadem & Græcis eſſe de legitimis diis ſtatuta.Quid enim eſt argumenti vel ſua-delæ,vt Gongoſyron Scythæ Apollinem vocí-tent? non enim puto ſi Gongoſyron in Græcã linguam vertatur,fore vt Apollinis etymologi am oſtendat,vel in Scythicã Apollo traductus vt Gongoſyron exprimat.Sic nec de cæteris id ipſum quis dixerit:ſiquidẽ aliis ex rebus & ety-mologiis Græci homines illi inducti, quos deos putarent,& noia indiderũt,ex aliis Scythæ: ſic item ex aliis Perſæ,Indiq;,ſiue Æthiopes,ſiue Il lyrii,ſiue cæteri oẽs:q̃b⁹ vbi placitũ eſt quippiã noiare,priori illi & puræ rerũ cõditori ſententiæ ſteterint.Sed ſatis iam nobis hæc ſunt in ſupio ribus explicata, mõſtrare volẽtibus nõ eundem Sabaoth eſſe & Iouẽ:cũ de liguarũ varietate nõ-nulla ex liis ſacris deprompſimus.Sed hæc libẽ tius pterimus, ad q̃ repetẽda nos Celſus iuitat.

Cęterũ iterato ex magica arte nõnulla cõfun-dens,adiiciẽſq;,perinde ac nullius momenti ſint venefici hoies ſi ſub ptextu diuinitatis id agãt, vel apud ſimpliciores quoſdam, & captu faciles veneficiis forte vtantur,vt diuina virtute vide antur hæc factitare:& alia quædam exponit hu iuſmodi. Verum quid mihi enumerandi ſunt quot hominum quæ ad purgationẽ valeãt plu-rimũ & cõmiſſorũ ſolutionẽ,orationes conſcri-pſerint,& miſſiles voces,vel ſonitus, figuratio-neſq; quaſdam dæmonicas,ſiue in computatio nibus,ſiue in lapidibus,ſiue in plantis,ſiue in ra dicibus, ſiue in quibuſuis rebus, & quæuis ad mala propulſanda medicamẽta? De quibus nũc reſpondere haudquaq̃ par fuerit, vt qui nihil huiuſmodi ſuſpicemur. Poſt hæc haud ſecus
F facere mihi Celſus videtur,atq; hi ſolent qui ob ingẽtia in Chriſtianos odia, apud eos qui Chri ſtianorum facta ignorent, experientia omnino affirment ſe percepiſſe pueri carnem hos eſitare, & impudenter mulierum quæ apud ſe ſint, abuti concubitu. Vt enim cum iſta per eos di-cunt qui a noſtra religione ſunt penit⁹ alieni, vanitatis dãnant,tanq; falſo in Chriſtianos cõ-menta: ſic etiã deprehendent nil veri habere quæ ptulit Celſus.Dicit enim apud ſeniores quoſdã noſtræ religiõis,ſe libros vidiſſe, & barbaros q-dẽ,q dęmonũ nomina cõtinerẽt & mõſtro ſimil lima. Aſſerebat præterea & noſtros hos ſenes nil recti de ſe polliceri, ſed ad hominum perni-ciem omnia facere. Et vellem equidem cætera quæ in Chriſtianos hic iactat, huiuſmodi eſſe, vt a pluribus falſitatis, & euidentius conuince retur: cum eius ex vitę cum Chriſtianis ante-actę, etſi non multis, conſuetudine, tum quia de his neq; auditu tale quicq̃ perceperit. Por-ro vt obliuiõe iam captus propoſuiſſe ſe aduer ſus Chriſtianos ſcripturum, Dionyſium quen-dam muſicum ait,& hũc quidem Ægyptiũ,qui ſecum eſſet verſatus, de his pleraq; diſſeruiſſe q̃ ad magicam attinerent, & quemadmodum in imperitos,& corruptis moribus homines, vim non mediocrem ars illa haberet: in philoſo-phos nullam,vt q vitam agere integerrime de-ſtinaſſent.Q⁊ ſi eſſet mihi propoſitũ de magica

nunc disputare, vel in superioribus de hac pau
ca pertractassem, vbi de ea habita mentio est:
sed cum opportuniora nobis sint explicãda, his
A respondendo quę Celsus conscripsit, de magica
hac id duntaxat dixerim: q̃ si quis velit inuesti
gare, vtrum olim philosophi magicis caperen=
tur an minime, legat quę Miragenes ille suis in
commentariis de Apollonii Tyanei vita magi=
ci hominis & philosophi scripsit, cum digna q̃=
dam memoratu literis tradit: in quib⁹ nõ Chri
stianos aliquos, sed philosophos dixit ex magi=
ca Apollonii arte & non ignobiles captos, q ad
eum vt magum venissent: quos inter & de Eu=
phrate philosopho, & altero Epicureo quodam
permulta narrabat. Nos vero vt experientia do
cti, astruimus qui pro Christiana religione per
Iesum coluerint prędentem omnibus deum, &
pro eius euangelio & institutis duxerint vitã,
iniunctisq̃ precibus frequentius decenterq̃ in=
terdiu noctuq̃ insistant, fore vt nec magicis pos
sint nec dęmonum artibus capi: siquidem ꝑcul
dubio immittet angelus domini in circuitu ti=
mentium eũ, & eruet eos ab omni malo. Quin=
etiam paruulorum ecclesię angeli & istituti vt
eos tutent, patris faciem dicunt qui in cęlis est,
assiduo contempları. Quid aũt facies ista ꝑten=
dat, & qualis huius sit cõtẽplatio, suo loco iam
B explicauimus. Post hęc Celsus aliunde exorsus ĩ
nos huiusmodi infert. Fallunt enim hi etsi mul
tis in rebus, ꝑcipue ignorãtia summa diuinis q
busdam ænigmatibus intercepta, cum deo faci=
unt aduersari diabolũ quempiã, quem Hebrai=
ce Satanã dicũt: presertim cũ humana sint ista
potius & dictu nefaria, q̃ summ⁹ deus cũ pro=
desse velit mortalibus, habeat aduersantẽ, & ne
queat cũ libet cõducere, & impotentior fiat. Fit
ergo vt dei filius a diabolo supet, ab eoq̃ torme
tis affectus, nos instruat vt nõ magni q̃ ab eo ĩ=
ferunt supplicia faciamus: ꝑdicitq̃ quẽadmodũ
& Satanas ipse in mũdo apparituru magna q̃=
dã pre se opa ferat & admirãda, vt q sibi sit Dei
gloriã vendicaturus, & futurũ omnino vt ho=
mines hoc destituto in se credãt: hęc plane vene
fici hoĩs sunt, operã in aduersarios insumentis,
& simul ꝑcauẽtis q contraria sentiãt, & simul=
C tatibus sese inuicẽ impugnẽt. Post modũ vero
cũ ænigmata velit q̃ putat ex Satana nos acce=
pisse, ꝑducere, Deorũ, ingt, bellũ veteres ostẽdis=
se: & hęc qdẽ Heraclitũ dicere. Sic enim necesse
erit bellũ qd mirabile est, & iustitiã explicare, &
alia q̃is p iurgia & cõtẽtiones cũ facta, tũ vt fi
ant futurũ edicere. Nec secus & Pherecydẽ qui
Heraclitũ multa ꝑcessit ætate, cõmentũ & fabu
losum exercitũ facere ex aduerso instructum, &
exercitum alium oppugnãtem, quorum alteri
Saturnũ is in ducem ꝑfecerit, alteri Phioneam,
conclamationesq̃ deor̃: & certamina scribere, &
conuenta inter hos fieri & pactiones: & ita vt
vtri eorum in Ogenum (id erat loci nomen)
concidissent, pro victis essent: qui vero insecta=
rentur & vincerent, cælum haberent. Id ipsum
sibi & mysteria illa voluisse affirmat, quę de Ti
tanis & gigantibus q̃ diis bellũ intulerint, deq̃
Typhone apud Ægyptios quodam, Horeoq̃, &
Syride proferuntur. Vbi vero ista Celsus expo=
suit: minus tamen edisserit, quemadmodum il=
la quidem potioris sint causæ: nostra vero hæc
ab illis excepta: sed iurgãdo affirmat haud qua=
q̃ esse his nostra similia quę de diabolo hoc, siue
dæmone explicasset: vel qd esse verius astruit,
de homine mago longe aliter sentiente. Sic ꝑ=
terea & Homerum hic audit, perinde ac his si=
millima quædã enarret: quæ & Heraclitus ipse,
& Pherecydes, & cæteri de Titanorum myste=
riis induxissent. Siquidem hunc in modũ Vul
canum Iunonem affari demonstrat. Hæc velim
æquo animo tuleris mater: siquidem alias cũ ti=
bi præsidio esse vellem: ꝑ Iouem e cælo ad ter
rã rotatus, die toto ad occidentẽ solẽ ferebar: &
ꝑ Iouem item Iunonẽ his increpari. An tibi
memoria excidit cũ te gemina incude constri=
ctam pedes, corripui, & aurea manibus vincula
circũieci: ita vt ex alto pẽderes! Quod cũ ægre
ferrent cælitus dii, e cæli hos vertice deturbaui.
Homeri itaq̃ Celsus dicta interꝑtat⁹, Dei verba
esse affirmat, ad terreã hãc materiã habita, qb⁹
Iunonẽ Iupiter ipse cõpellaret: & ea qdẽ q̃ sic ꝑ=
ferunt plane ꝑtendere, quẽadmodũ hanc ipsam,
cum se negligentius gereret, & susceperit Deus
& analogiis qbusdã deuinctã ornauerit, & qui
circa se dæmones essent, & impuriores quosq̃
affectos supplicio in eam viã deturbet, quæ du=
cit ad terras. Hos autem Homeri versus & in
eam sententiam Pherecydem dicit hoc modo
pronunciasse. Sub ea aũt Parca est & altera q̃dã
tartarea: obseruãt aũt hãc Boreę filię Harpyiæ
ꝑcellęq̃ vbi Iupiter deorũ quẽpiã q se arrogan=
tius gesserit perculsum deturbat. Iisdem e sensi
bus & Mineruę peplũ pendere affirmat, quod ĩ
Panathenaica pompa delatum omnibus visen=
dum exponit. Ex eo enim ait significari, vt sine
matre quispiã & purior dęmon gigantiũ auda
ciam e terra ꝑcutiũ frenet. Cũ vero Gręcorum
figmenta hic suscipit, nostra carpẽdo, huiusmo
di subdit, Dei filiũ inquiens a diabolo cruciari:
& nos item cõmonefacit, vt ab eodem pœnis af
fecti tolerãter feramus, & ea presertim quę pror
sus ridicula sunt. Sed duxerim equidem opor=
tuisse diabolum inferre tormenta: non tamen
his quos carperet cõminari. Aduerte itaq̃ qui D

nobis crimini dat q impiissime fallimur, & diuinis ænigmatib⁹ aberremus: vt ipse aperte fallatur, cum minus intelligat Moysi scripta, quæ non solum Heraclito & Pherecyde fuere longe antiquiora, sed Homerum ipsum vetustate prę cesserint, de impurissimo diabolo tradidisse, q cælestibus colloquiis excidisset. Serpẽs enim de quo apud Pherecydem Ophioneus, qui causam præbuisset vt homo e paradiso excideret, huiusmodi pleraq; patefacit, & diuinitatis & rerum ingentium promissione muliebre genus deniq; circũuenit, quod subsequutum & virum ferũt. Quinetiam in Moysi Exodo exterminator ille quisnam alius fuerit hunc præter, qui obsequentibus sibi, & eius nihil repugnantibus improbitati, nec reluctantibus, causam præbet perditionis & mortis? Is erat præterea & in Leuitico exterminandus, quem Hebræorum scripta Ezazil nominant, & alius nemo hunc pręter, quem oẽs non iniuria auersati procul reiecerint: quippe qui in eremo suam nactus sit sortem. Vniuersi nãq; qui deteriori conditione sunt, & ob suam nequitiam his aduersantur qui ex Dei sunt sorte, procul a deo haud dubie absunt. In Iudicib⁹ vero cur Belial filii nuncupantur, nisi ob eorũ
E malignitatem? Cæterum vt hęc omnia omittamus: in Iob illo qui Moysen antecessit ætate, diabolus scribitur deo coram astitisse, postulassęq; aduersus Iob potestatem, vt grauissimis hunc obduceret plagis: & primum quidem vt omni eius facultate deperdita, oppressisq; liberis, Elephantino demum, diro quodam & teterrimo morbo, huius corpus omne afficeret. Prętereo quæ ex euangelio constant de diabolo dicta, qui & Saluatorem tentauerit: ne a recentioribus videar scriptis producere quæ aduersus Celsum quæruntur: & his quidem quæ de Iob postremo traduntur, vbi dominus Iob de turbine & nube affatus est: cuiusmodi sunt in eius libro conscripta, in quo non pauca de dracone expressa comprehendi possunt. Nil secus & de his dixerim quæ ex Ezechiele habentur, perinde de Pharaone, & Nabuchodonosor, & Tyri principe dicta, vel ex Esaia, in quo rex Babylonius deploratur: cuius ex dictis de nequitia q̃ multa quis potest perdiscere, vndenam principium habuerit illa & ortum: & quemadmodum a quibusdam e cælo labentibus, luciferum illum indidem delapsum sectatis, neqtia hæc ipsa defluxerit. Non enim fieri potest vt æque se habeat accidens bonum atq; id quod de se & natura substiterit, & quod suo ex ortu ingenitam habeat bonitatem: id siquidem bonum ei (vt ita dixerim) qui panem viuum in sui tutelam susceperit, nunq̃ extinguitur. Q; si cui forsitan extinguatur, idcirco forte illud acciderit, quia in vino hoc panecq; & vera potione sumendis, negligentior fuerit, e quibus fotæ & irrigatæ ad volitandum alæ parantur: & iuxta Salomonem de vero diuite differentẽ, non sibi præparat alas vt agla vt in domo domini sui versetur. Oportuit nãq; vt is quem minime pteriret ad aliorũ vtilitatem deum vel nequioribus vti, vel ad vniuersorum stabilimentum hos ipsos constituat, qui ea nequitia sint, & ad virtutis certamen cũctis expositos esse nihil ignoret, qui & malint legitime decertare, vt virtutem sic assequãtur, vt tanq̃ aurum in fornace ex istorum nequitia probarent, adniterenturq; ne quid adulterinum ad rationalem suam naturam admitterent, dignio res visi qui ad diuinitatem ascendãt, & per verbum ipsum ad celsissimam illam assumãtur beatitudinem, perinde ac bonorum omnium arcem. Enimuero qui Satan hebraice nuncupatur, & a nonnullis ornat⁹ gratia Satanas dicitur: in gręcam linguã traductus Satan denominat. Quicunq; igitur nequitiam malit, & vitam secũdũ hanc duxerit, & virtuti contraria exequatur, Satanas est, hoc est Dei filio aduersatur, quem & iustitiam esse, & veritatem, & sapientiam cõstat. Proprius vero ille aduersarius fuerit qui cęteris prior insultat quiete agentibus, & beatam ducentibus vitam, & perinde acsi ex beatitudine corruens iuxta Ezechielem ambulauerat perfectus in viis suis, donec inuenta est iniquitas in eo, & signaculum erat similitudinis donec perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuit, quasi saturat⁹ bonis in perditionem factus est: & iuxta illud quod huic dicitur, Perditio factus es, & non eris in perpetuum. Hęc igitur pauca au F
dendo & periclitando his scriptis credẽtes iam explicauimus, quæ forte nihil sunt: si quis vero sacris literis incubuerit perscrutandis, & vndeq; quæ de iniquitate traduntur colligere diligenti cura studuerit, quemadmodum iniquitas illa primo subierit, & quo pacto queat dissolui: intelliget profecto cum Moysen, tum prophetas, & cæteros haudquaq̃ fuisse, cum de Satana q̃multa præsenserint, somnia quędam imaginatos: & sane nec Celsus id dixerit, nec eorum alius quispiam qui per dæmonem ipsum illecti, a deo diuulsi sint, de quo recte nil sentiant, & ab huius doctrina procul eorum animus absit. Sed cum de Antichristo nonnulla Celsus sit obiecturus, vt qui ea quæ per Danielem Paulumq; & Saluatorem ipsum in euangeliis de illius aduentu tradunt, haudquaq̃ perlegerit, de eo perpauca nobis dicenda sunt. Vt enim diuersorum hoim facies nil habent plerũq; similitudinis, sic item nec corda cordibus paria. Esto,

differant inter se mortaliũ corda,vel eorũ qui-
dẽ qui ad rectiora inclinẽt,ex æquoq; sint & pa-
ri similitudine ad bonũ formati:sint & qui ob
recti neglectũ ad malũ ferant:& ĩ his quidẽ vel
quispiã fuerit effusiore nequitia,remissiore nõ-
nulli:quid igitur absurdũ,si duo quidam excef
sus,recti nimirũ prauiq;,in hominib⁹ deprehen
dãtur,ita vt recti excessus ille in eo sit qui secũ-
dum Iesum sit cognitus homo,vnde tanta efflu
xerit mortalium ad rectiora conuersio curatio-
nesq; & in melius immutatio:praui vero alter
ille excessus qui huic sit priori contrarius, his
insit qui Antichristum sectati in viria præcipi-
tes eunt?Siquidẽ vniuersa deus prescientia sua
complexus,& his longe ante perspectis quæ ad
vtrunq; id attinent, voluit vt mortalibus per
prophetas hęc innotescerent:vt horũ dictis co
gnitione perceptis, sese potiori cõiungerent &
a contrario præcauerent.Oportuit autem alte
rum quem dixi excessum & potiorem,dei filiũ
ob excellentiã nuncupari:qui vero huic ex dia-
metro aduersatur,Satanæ & diaboli filium di-
ci.Sed precipue qđ prauum est,& improbitate
affluere,& in nequitię hoc esse excessu exprimi-
tur,cũ simulat bonitatẽ.Idcirco deterior aliqs,
sui patris diaboli opitulatione vel signa factu-
rus est ꝓdigiaq;,& virtute mendacii.Ad dęmo
num nãq; comparationes illas in magos factas
ad pessimam hominum deceptionem: accedit
A ꝙ dęmon etiã ipse humanũ genus vt fallat, si-
mul & operã nauat. Huius autẽ qui dicit An
tichristus,& Paulus meminit,docẽdo aperien-
doq; qua simulatione,quo modo,& quo tẽpore,
& quã ob causam sit ad hoies quãdoq; vẽtur⁹:
& vide q̃ mira cum grauitate de hoc faciat mẽ
tionem,nihilq; inferat quod vel minima sit dig-
gnum irrisione.Eius dicta hæc sunt, Rogamus
autẽ vos fratres per aduentum dñi nostri & ve-
strę cõgregationis in ipsum,vt nõ cito moue-
amini a vestro sensu,neq; terreamini,neq; per
spiritũ,neq; per epistolã tãq̃ ꝑ nos missam, neq;
vos seducat vllo mõ: qm̃ nisi venerit discessio
primũ,& reuelatus fuerit homo peccati, filius
perditionis,qui aduersat & extollit supra oñe
qđ dicit deus aut qđ colitur,ita vt in tẽplo dei
sedeat ostẽdẽs se tanq̃ sit deus.Non retinetis q̃
cum adhuc essem apud vos hæc dicebã vobis?
& nunc qui detineat scitis:nã mysteriũ iã ope-
ratur iniquitatis,tantum vt qui tenet nunc te-
neat donec de medio fiat:& tunc reuelabit ille
iniquus quẽ dominus Iesus interficiet spiritu
oris sui,& destruet illustratione aduẽtus sui,eũ
cuius est aduentus secundũ operationẽ Satanæ
in omni virtute & signis & prodigiis mendaci-
bus,in oñi seductione iniquitatis his q̃ pereũt,
eo ꝙ charitatem veritatis non receperũt vt sal-
ui fierẽt.Ideo mittet illis deus operationem er-
roris,vt credant mendacio,vt iudicent omnes
qui non crediderunt veritati,sed consenserunt
iniquitati. Horum singula quæq; nunc expli B
care,haudquaq̃ præsentis est operis: quod au-
tem Daniel de Antichristo vaticinatus est, di-
ximus.Et sane illud qui sapienter & æquo ani
mo legerint,in tantorum virorum admiratio-
nem cõuertere poterũt & plane testari,vt vere
spiritus diuini instinctu hæc sint vt ꝓphetica
quædã denunciata,in quib⁹ de futuris imperiis
explicantur nonnulla a Danielis tẽporibus cœ-
pta,adusq; mundi desitura corruptionem. Lice
bit autẽ volenti cuiq; ꝓphetiam illam perlege-
re sic se habẽtẽ,Cõsurget rex impudẽs facie, &
intelligens propositiones,& roborabitur forti-
tudo eius:sed nõ in viribus suis,& supra q̃ cre-
di potest vniuersa vastabit,& prosperabit, & fa
ciet,& interficiet robustos,& populum sanct o-
rum,secundum voluntatem suam,& dirigetur
dolus in manu eius,& cor suum magnificabit.
Qđ autẽ Paulus de eodẽ prędixit,quia in tem-
plo dei sit consessurus,& vt deum se ostẽsurus,
in Daniele sic dicitur, Et in tẽplo abominatio
desolationis erit,& vsq; ad consummationẽ &
finẽ perseuerabit desolatio.Hęc mihi e pluribus
visa sunt merito explicanda, vt paululum saltẽ
intelligat auditor quid sensus diuinis literis ĩ-
sit,cum de diabolo & Antichristo commonefa
ciunt.Quibus nos hactenus contẽti,ad alia Cel
si dicta noscenda progrediamur:eaq; pluribus,
vti licuerit,oppugnemus. Vnde autẽ his,in- C
quit,illud obuenerit vt dei filium nominent,
significabo:maiores olim & prisci viri hũc mũ
dũ,vt a deo creatum,dei filium & deo similem
appellarunt:mundus ergo & dei filius ille persi-
miles sunt.Putabit itaq; Celsus nos dei filium
ita fateri, perinde ac quæ de mundi traduntur
structura,ꝙ per deum sit cõditus,& eius filium
deum,aliter longe ac se haberent falso commẽ-
ti simus:non enim potuit Moysi & prophetarũ
temporibus diligẽter perceptis,videre vel ante
eam Græcorum & veterum quos meminit tem
pestatem,omnino dei filium quendam apud Iu
dæos prophetas fuisse vaticinatos. Nec ta- D
men placuit Celso quod de filio hoc apud Pla
tonem in epistolis traditur,cuius & supra me-
minimus,quemadmodum id oñe creatum dei
filius exornauerit,nos explicasse:ne & ipse forsi
tan,quem sæpe & laudauit,Platonis illud coga
tur suscipere, quod vtiq; huiusmodi est. Qui
enim vniuersum id condidit dei filius est. Pri
mus autem & supra omnes deos huius est ge-
nitor. Q̃ si tanto huic dei filio Iesu animam

dicũt ſumma quadam illius participatione vnĩ
ram,necdum ab eo hãc ipſam ſeiũctam:nil mi-
rum.Nouerant enim ſcriptiones diuinę & alia
duo quæ ſuapte natura conſtarent, adinuicem
in vnum coire,exiſtimariq; & eſſe huiuſmodi
quorũ alterũ de viro & vxore prolatũ. Nõ ẽm
de cętero duo ſunt,ſed caro vna: alterũ qđ de
pærfectiore aliquo dicit q ſe domino verbo con-
iunxerit,quod vtiq; & ſapientia eſt & veritas
ipſa:vt illud,Qui adhęſerit deo vnus eſt ſpíri-
tus. Q; ſi qui ſe deo connexerit,vnitatem cum
deo aſſequitur:quis potius q̃ Ieſu ipſi⁹ anima,
domino ipſi hunc fuerit in modum vnita, quẽ
conſtat pær ſe cum verbum eſſe,tum ſapientiã,
tum deniq; veritatem,pær ſeq; iuſtitiam?Quod
quidem ſi ita ſe habet,non ergo ſeiuncta eſt Ie
ſu anima ab vniuerſæ creaturæ primogenito
E deo & verbo. Cętcrum ſi eandem Stoicorum
& philoſophi hominis eſſe affirmãt,quã & dei
virtutem,ita vt felíciorem nil dixerint præſidẽ-
tem omnib⁹ deum,ac alium quempiam quem
ipſi exiſtiment ſapientẽ,ſed parem eſſe vtriuſq;
felicitatẽ:haudquaq̃ id irriſerit Celſus, nec de-
cretum illuſerit huiuſmodi aliquod:at ſi diui-
nus ſermo cum eo ob virtutem coniungi affir-
met pærfectiorem aliquem & vniri qui ſit per ſe
verbum,ita vt eo tendat,vt nil penitus Ieſu ani
mam a primogenito omniũ quæ condita ſunt
ſeiũgamus:ridet Celſus dici dei filium Ieſum,
quippe qui minus intelligat quænam ſacris in
literis arcane & myſtice de hoc proferant. Ve-
rum ad ea quæ dicta ſunt vt hunc inducamus
ſuſcipienda,qui velit rectiora dogmata ſectan-
do proficere: Chriſti corpus aſſeuerabimus ſa-
cras literas dicere a dei filio animatum,& eccle
ſiam id vniuerſam præferre, huiuſq; vt totius
corporis membra hos illosve eſſe qui credulita
te Ieſum ſectantur.Nam vt anima corpus viui
ficat,motũq; præbet,qđ de ſe nequeat & ſuapte
natura pærinde ac viuens moueri:ſic & dei do-
ctrina cum ad decentiora quædam & mouet &
agit,totum vtiq; corpus,hoc eſt eccleſiã mouet
& huius ſingula membra, quæ ſine ratione nil
egerint. Id igitur ſi haudquaq̃ cõtemnendã ha
bet ſequelam:cur debet moleſtum videri, quan
doquidem participatione ſumma & inſepara-
bili quadã inita Ieſu anima,immo Ieſus ipſe q
vtiq; ſit pær ſe verbum,haudquaq̃ ſit ab vnige-
nito & ante omnia facto ſeiunctus, ſi filius ſit
patris pærſimilis, & dei ſit filius Ieſus? Sed de
F his hactenus. Videamus autem & quę dein-
ceps ſequunt,in quibus vna quadam & ſimpli-
ci dictione decernens,nec qđ ad pærſuadendum
ſat valeat inferens,quam Moyſes ſcripſit mũdi
carpit creationem,ſic inquiens: Quin & mun-
di creatio ſtolida admodum. Si enim quemad-
modum ſtolida ſibi hęc videatur,& quę ad pær-
ſuadendum valerent hic protuliſſet:ad hęc re-
futanda aliquid forte attuliſſemus. Non enim
nobis par eſſe videtur vel neceſſarium, vt con-
tra huius ſententiam confirmemus quemad-
modum ſtolíditatis non ſit creatio hæc arguen
da. Si quis autem velit quænam nos mouerint,
quæve & apertioribus argumentis de Moſai-
ca mundi creatione a nobis ſint cõfirmata pær-
ſpicere:legat quæ in Geneſim ſcripſimus a libri
principio ad illud vſq; vbi liber generationis or
ditur:in his ẽm enitimur ex literis ſacris aſtrue
re,quidnam ſit illud quod in principio ſit cæ-
lum creatum,quæ terra,quodve terræ inuiſibi
le illud & incompoſitum,quidnam abyſſus, &
quæ in eo ſint tenebræ,quid aqua ſibi, quidve
Dei ſpiritus velit ſuper aquam delatus, quid
inſuper factum lumen,quid cæli & firmamen-
tum,quid principio factum cælum, ſic item &
cætera. Oſtendit præterea & ſtultum admo G
dum eſſe,quod de hominum generatiõe literis
proderetur:ſed nullis interea vel argumentis
expoſitis,vel ad hæc refutanda contentionibus
vtitur:non enim hunc habuiſſe arbitror ratio-
nes aliquas ad id confutãdum validiores, q; ad
dei imaginem eſſet homo effectus. Nec ſane is
intellexit quẽ deus plantauerat paradiſum:nec
hominis vitam quæ prima in eo conſiſteret,
quęve poſtmodum in diſcrimẽ veniſſet Adam
ipſo ob lapſum eiecto, & ante paradiſum deli
ciarũ deniq; collocato. Qui vero ſtulte admo
dum hæc dicta fuiſſe exiſtimauerit: primũ qui
dem & aliis,& his in p̃ſentia dictis inſiſtat. Col
locauit Cherubin & flammæam Romphæam
verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitæ.
Enimuero credi non poteſt,vt non intellígens
Moyſes iſta conſcripſerit,vel ſecus nil egerit ac
ſoliti ſunt priſcarum comœdiarum poetæ, qui
pær luſum hæc literis commẽdabant:Príto Bel
lerophonti denupſerat, erat Pegaſus ex Arca
dia oriundus. At iſti quidem cum ludícra face
re vellent,& ſpectatoribus riſum mouere, huiuſ
modi quædam commentabantur: Moyſen ve
ro, vt qui vniuerſæ genti quibus vellet de re
bus ſcripta relinqueret, & pærſuaſos haberet
quibus condidiſſet & leges: haudquaq̃ diui
num fuiſſe,& eius non eſſe ex deo ſcripta credí
derit nemo, vel ſine aliqua ſignificantia & ra
tione quę ſumus explicaturi,vt ederentur quis
dixerit,Poſuit Cherubin & flammeam Rom-
phæam & verſatilem ad viam ligni vitæ cuſto
diendam:vel aliud quippiam de hominũ quos
diximus genitura, deq; his quæ a ſapientibus
Hebręorum prudenter ſunt tradita. Subſequen

A ter autẽ exilioríb⁹ argumẽtis mũdi & hominũ generationis differentias congerens Celsus, & a priscis illis ꝓlatas: ait qui nobis scripta hęc reliquissent Moysen & ꝓphetas, mũdi hominũq; ignorasse qualisnã esset, naturã, eoq; ꝓfundiora quędam deliramẽta cõposuisse. At si quẽadmodũ sacræ literæ solent, quænã essent altiora ista deliramẽta is explicaret: adniteremur profecto ꝓfuasiones eas mox refutare, ꝙbus ille existimaret deliramẽta hęc posse vt ꝓfundiora cõuinci: nunc vero haud secus atq; ipse iã fecerit & nos facturi, veluti ludentes vtiq; ostẽdemus quænã sit mentis natura, quive sit in prophetis & sermo: quorũ sane nescius Celsus, deliramẽta profundiora haud dubie cõmẽtus est quędã, qui in solẽter id operis Veri sermonis titulo annotarit. Verum vbi vt clara sibi & optime nota ad criminandũ ꝓducit q̃ ad dierũ attinẽt creationem, quorũ nõnulli priusq̃ cęlũ solq; ipse & luna & astra fierẽt elapsi sint, quidã vero post horũ creationẽ extiterint: id ei sumus duntaxat significaturi, quæsituriq; num latuit Moysen cũ prędixisset sexto die pfectũ mũdũ & conditũ: deinde vt sui oblitus illud adiecerit, Hic liber generationis hoim, qua die fecit de⁹ cęlũ & terrã: Sed persuaderi his minime poterit Moysen ipsum, vt omniũ nesciũ, vbi de sex dieb⁹ disseruisset, illud dixisse, Qua die fecit deus cęlũ & terram. Q; si qs putet ad illud hęc posse referri qđ dixerat, Fecit deus cælum & terrã: itelligat cum illud pronũciaret, Fiat lux, & facta est lux, & vocauit de⁹ lucẽ diẽ: prędixisse hũc illud, In principio fecit deus cęlũ & terrã. Velle aũt imꝑsentiarũ eorũ q̃ intelligũt vel sentiũt creationem edicere, & quomodo dispositа sit & partita in species duas dierũ natura: haudquaq̃ nobis ꝓpositũ est, nec ea vt quisq; exigit loc⁹ seruari: siquidem nobis essent necessario repetenda, quęcunq; ad Moysi iterpretãdũ hexameron & mundi creationẽ edidimus: qđ sane vt licuit longe prius q̃ aduersus Celsi obiecta hæc ordiremur, pro ingenii mediocritate absoluim⁹. Scindũ autẽ est quẽadmodũ ad iustos habitus per Esaiã sermo id pollicẽt, in cõstitutione diei fore omnino, vt in eo nõ sol sed dñs in lucem sit illis futurus perpetuo, & eorũ in gloriã deus. Celsus vero quia ex praua aliqua hęresi & illud puerse qđ dicit interpretãti, Fiat lux, perinde ac a Deo sit id optãte pronũciatũ, accepit: sic inquit, Nõ em̃ vt solẽt mortales, lucernã e vicinia mutuatus est deus. Quinetiam ex alia hæresi quadam acceptum id ꝓtulit, Si enim magno deo contrarius sit quispiam execrabilis deus, qui hæc prętер illius sentẽtiam egerit, cur illi lucem tradebat! Ad hæc vero tantum absumens vt vel in partẽ respondeamus, vt illorum potius opinionem velimus tãq̃ errantiũ apertius incusare, & cõfutando non corundẽ dictis insistere, quæ nobis haud secus sint ac Celso incognita: sed his potius quę ferme innotuerũt, partim ab istis acceptа sectando, partim diligentius lectitando q̃ illi conscripserint. Post hæc autem Celsus sic B
infert. Ipse vero de generatione mũdi & corruptione, vel quẽadmodũ nec creat⁹ sit, vel si creatus, non tamẽ incorruptibilis, vel cõtra, vt dici poterit, nihil in prędicti ꝓtulerim. Nec ipsi qdẽ idcirco de istiusmodi nunc disputamus: non enim id ꝓpositа materia exigit: nec dei quidem oñipotẽtis spiritũ dicim⁹ ad hęc, vt ab his aliena q̃ apud nos sunt, pueniſſe: iuxta illud, Spiritus dei ferebat sup aquas. Nec illđ nos affirmamus, qđ praue sentiũt qdã, ꝑ aliũ conditorẽ, nec se iuito, aliquãdo deũ quẽ dederat spiritũ sublaturũ. Quocirca valeãt vt ꝓcul exterminandi q talia dixerint, & cũ his simul dispereat Celsus: q vt res deposcebat, nõ hos incusauerit. Oportuit nanq; vt vel hęc ipse nil meminisset, vel vt sibi visum fuisset pro humanitatis officio diligentius explicatis q̃ ab his dicerent, impugnãdo deniq; refutaret. Non enim maiorẽ deũ quẽ cõditori spiritum tradidisset, ab eo vnq̃ accepimus repertisse. Ita deinceps & impiis dictis stulte nostra Celsus obiurgãs inqt, Quis em̃ deorũ aliqd tribuit in posterũ exacturus: est qppe indigentis exigere: verũ nulla re indiget deus. His postmodũ & illa adiecit: perinde ac sapiẽter aliquid meditat⁹ in aliquos iacter, Cur em̃ cũ aliquid ille cõferret, bñficiũ male se collocasse non intellexit! Illud prętерea subdit, Cur inquã prauum hunc conditorẽ sibi negligit aduersantẽ!
Deinde arbitror hęresibus aliis, hæreses alias C
confundendo, alioquin nec hęresis auctorẽ designando, producit quę nos aduersus Marcionẽ, vt nobis incognita, refutauimus. His ipsis exiliter forte & imperite a quibusdã acceptis dicta ea Celsus redarguit, quæ hęreticos arguunt falsitatis: nec tamẽ id prudẽti⁹ agit. Exponẽs itaq; quę sunt ad Marcionem iã dicta, nec plane aduertens vt per nos fuerint aduersus hunc habita, inquit, Quid em̃ furtim summittit corrũpit q; quę iste cõdiderat! cur clam ille irrumpit, subornat, & fallit! Cur prętерea quos ipse damnauerit, velut ipsi asseritis, & execrabiles fouet, & in prędonis cuiuspiã morẽ subducit! cur domino destituto vt fugam capiant instruit! cur patrem fugere commonefacit! cur ipse sibi aliquid vindicat patre inuito nec permittente! cur alienorum se patrem pronũciat! Et his quasi admirãs & stupens illud adiecit, sic inquiens: Elegans sane hic deus qui sontium damnatorum abdica

torũq;,& vt iſti affirmant,nullius mementi ho
minum,eſſe pœrcupiat pater:& quem emiſerit a
ſe ſubtrahendo,vbi cõprehẽſus eſt vlciſci nõ
D potuit. Poſt hæc nobis vt affirmantibus non
alieni eſſe cuiuſpiam & pœregrini dei hunc mũ
dũ,ſic ingt.Si em̃ hęc illius ſunt opa,quo pacto
deus quæ praua eſſent effecit?quomõ pſuade
re & commonefacere nequit?cur ſuper his quos
creaſſet,nequioribus redditis,vt expers gratiæ
pœnitet,& ſui ipſius opificium culpat quidem
& odit criminaturq; ꝓprios filios & deperdit?
vel quas mũdi huius in partes eiiciẽdo relegat
quos ipſe condiderit?Mihi vero apparet vel in
his Celſum nec ea quę mala ſunt explicaſſe,tam
etſi de bonis prauiſq; Græci varie ſenſerint: &
vt cõſentaneum eſt,plane videt cũ diuini opis
eſſe mundũ hũc ipſi aſtruimus,illud eũ arripe
re:perinde ac iuxta nos malorũ eſſe fabricatorẽ
deum quia mũdũ cõſtruxerit,dicat.Habeãt igi
tur ſeſe vtcũq; q̃ de malis tradunt,vtrũ ea fece
rit deus an minime:haud tñ ex præcedẽtiũ re
rum ſequela a deo facta hęc ſunt.Miror aũt illã
noſtram de mundo aſſertionẽ quẽadmodũ diui
ni ſit operis,ſubſeq Celſus id arbitret vt & ma
la fecerit deus:& forte id ſeq̃ret,ſed de his quæ
ipſe intulerat.Sed quęret a Celſo iã quiſpiam:ſi
enim dei hęc opera ſunt,quo pacto deus & mala
hęc fecerit?curve nec ſuadere hic valeat nec pla
ne commonefacere?Ineſt aũt in verbis tũc qui
dem ſumma malignitas,cũ ſi qs ac ipſe ſentiat,
aliter ſentientibus decreta crimĩãdo obiecerit
vt quę in ſe nil ſani cõtineãt,cũ ipſe longe prius
pleraq; ſentiat q̃ iure carpant. Videamus aũt
ipſi & breuiter,iuxta ſcriptiones diuinas,quæ
nam eſſe bona hęc conſtet,q̃ mala:& quo pacto
nobis ſit ad hęc reſpõdẽdum,q; & mala fecerit
deus,nec perſuaſiõe nec monitis valeat.Propríe
aũt (vt ſacrę literę volũt)bona,virtutes ſunt,
& quæ ex virtute geruntur:quemadmodum &
propríe mala,q̃ ſunt virtuti cõtraria.Sed erim9
in præſenti his ipſis contenti quæ ex tertio &
trigeſimo pſalmo ſubdentur,id ita aſſeuerantí
bus:Quęrentes aũt dominũ nõ minuent oñi
bono. Venite filii audite me,timorem dñi doce
bo vos:quis eſt homo qui vult vitã?diligit dies
videre bonos?prohibe linguam tuã a malo,& la
bia tua ne loquantur dolum,diuerte a malo &
fac bonum.Declinare namq; a malo , & bona
facere , haudquaq̃ de bonis his corporalibus
ſiue malis his dicitur,quę apud aliquos ſic nũ
cupentur,nec de rebus quidẽ ipſis exterioribus
ſed de bonis ſiue malis dici id conſtat q̃ ad ani
mã referant:ſiquidẽ qui iſtiuſmodi declinaue
rit mala,& bonũ fecerit,vt verę vitę pcupidus,
hanc haud dubie aſſequet,amore ductꝰ dies vi
dendi bonos,quorum ſermo eſt iuſtitię ſol:ad
quos dies hic ipſe peruenerit,deo ipſo a prauo
hoc ſeculo liberante,maliſq; diebus,quorum ſic
meminit Paulus,Redimẽtes tẽpus,qm̃ dies ma
li ſunt.Abuſiue autẽ quę corporis ſunt & exter
na nonnulla in bonis haberi ſolent quę ad natu
ralem hanc vitam contulerint: quæ verǫ vitæ
officiant & aduerſentur,mala credi.Sic em̃ Iob
vxorẽ alloquitur, Si em̃ bona accepimus de E
manu dñi,mala aũt cur non ſuſtineam?! Verũ
cũ in ſacris literis cõperiat ex dei perſona non
nunq̃ illud ꝓferri,Ego q facio pacẽ & cõſtruo
mala:de eodẽ perſępe hęc dici,Deſcenderũt ma
la a deo ſup portas Hieruſalẽ, crepitus armorũ
& equitũ:quę quidẽ obturbaſſe pmultos cõſtat
qui ſacras legerẽt ſciptiones,qñ ex his min9 ꝓ
ſpicere poſſent bonorum malorũq; ſignificáti
as:par ergo fuerit vel hinc Celſum vt neſcium
ꝓtuliſſe q; deus mala feciſſet,vel ex aliquo ea de
re indoctꝰ differẽte id temere percepiſſe,& ſuo
loco eũdem in modũ qđ dixim9 explicaſſe. nos
vero illud aſſerimus,nec mala quidẽ , & quę ex
his pdeũt facta,deũ ſtruxiſſe.q em̃ fieri poterat
ſi deus mala hæc effeciſſet,vt futuri iudicij ꝓ
dicatio commonefacerę auderet futurũ omni
no vt deteriores qq; ꝓ malefactis & cõmiſſorũ
facinorũ magnitudine tormentis afficerentur:
beatos autẽ fore ex deoq; & prędia recepturos
qui pro virtute duxerint vitã,vel ſecundũ hãc
opera fecerint rectiora?Et ſane intelligo nõnul
la iſtos ſacris ex ſcriptionibus ꝓducturos,q ma
la per deũ fieri audẽt affirmare:cũ eorũ neque
at vel cõtextũ aliquẽ vnũ ex ſcriptura oſtẽde
re q nõ praua quidẽ incuſet facinora, cõprobet
rectiora:& ea itẽ illi enarrẽt,q̃ etſi ꝑpauca ſint,
ſubtrahere alioqn videantur q pingui(vt aiũt)
Minerua literas legerint. Nunc vero dictiones
illas narrando percurrere,quę plurimæ ſunt, &
ſubtrahendi vim habeant,& eaꝝ interꝓtatiões
qbus plurimũ operę fit impẽdendũ exprimere,
nequaq̃ propoſito operi cõſentaneũ duxerim.
Mala igitur q̃ id noĩs ꝓprie ſint ſortita,ſi audi
at quiſpiam,intelligat nõ deum fuiſſe ea molí
tum,ſed eius ꝓcedẽtia opera:ſiqdẽ quo ad hãc
machinę diſpoſitionẽ,& mala iſta ſunt ſubſecu
ta quẽadmodũ & fabri cuiuſq̃ lignarij fabrica
ta iam ędificia,dũ interea & ſecantur & poliun
tur fragmenta reſident quędã:& qui domos itẽ
ædificant, cum facere adnituntur quę ędificijs
cõgruãt lapidum perinde & cœmentorũ exci
dentia detrimẽta ſequunt.Si itaq; iſta ſic nũcu
pata,mala corporalia quędam & abuſiue dican
tur:vel ſi dixerit quiſpiã,concedatur & quę pra
ua ſunt deum creaſſe,vt per ea nõnullos ad me
liora conuertat:quidnam poteſt qđ abſurdius

sit id dictū habere? Quemadmodū enim si abu
siue mala esse labores audiamus, qui castigandi
gratia liberis a pedagogis siue parentibus infe
runtur, siue per medicos curandi causa & salu-
tis, dum illorum ex corpore præcidendo adurē
doq; aliquid demunt: & parentes dixerimus pæ
dagogosq; item & medicos liberis malefacere
tamet si nec cædentibus quidē, nec præcidētib⁹
id crimini detur: sic deus vt in viam reducat &
sanet quos dolore ad medelam affecerit, si mala
superinducere prædicetur, nihil erit absurdum:
nec illud quidē si mala supra Hierosolymę por
tas descendūt, quę ad cōuersionē ex hostili ne-
gocio his immittunt: nec si in virga visitabit
iniquitates, dei legē iā deserentiū, vel in verbe-
ribus peccata eorum, & super carbones ignis fa
ciat hos insidere. Haud secus & illud nō indi-
gnū videbitur, Qui facit pacē, & ędificans ma-
la si forte pnūciemus: struit em̄ corporalia ma-
la vel quæ exteriora sunt, qui erudit & purgat
inuitos, & qui verbis castigari & saniore doctri
na nil volunt. Et his quidēad Celsi dicta respō
derim deū vel mala fecisse asseuerantis. Ad illd
vero q; nec psuadēdi vim habeat deus, nec ad-
monendi, illud prędiximus, q; si fuerit id crimi
A ni dādum, vel vniuersis idipsum detulerit Cel-
sus, prouidentiam esse suscipientibus. Sed di-
cet quispiam: potest proculdubio deus & com-
monefacere & suadere: quippe qui per oīne di-
uinorū scriptorū genus id agat, & eorū insuper
interuētu q ex diuina gratia auditores institu-
unt: ni forte qspiā suopte ingenio adinuēta q;
dā & furibūda ingessisse, cū interea docet, audi-
atur: ita vt auditores vel male suadendo allici-
at, & hi pręceptori, etsi prauę doctrinę obtempe
rent: quod vtiq; fieret pręter tritę & verę scri-
pturę significantiā. Ad illud vero q; deus dica
tur minime posse persuadere, idq; vel cunctis vi
tio dari qui prouidentiā diuinā admittūt, dicē
da hęc sunt. Cū em̄ psuadere eorū sit q pinde ac
mutuo afficiantur affectu: pfecto haud secus il
lud se habet ac hominū quispiā, q; dū interea bar
ba abradit, simul & aliquid operet, & radenti se
præbeat. Quapropter nō solū indiget quis ope-
ra suadentis, sed ita vt dixerim, & suadenti suc
cumbat necesse est, & eius qui suadet vt dicta
suscipiat. Quo fit vt non idcirco quia nequeat
deus persuadere, dicendi; sint qui dictis nil obse
quunt nō persuasi, sed quia dei verba ad psuadē
dum validiora haudquaq; admiserint. Idipsum
& si de hominib⁹ nōnullis quis dixerit in suadē
di arte peritioribus, pfecto nil fallitur: fieri em̄
potest vt qui mirifice sit rhetoricæ artis acumi
na consecutus, & his apte & decenter vtatur
enixeq; omnia factitet quæ ad suadēdum maxi
me valeant: persuadere nil videatur, si animum
eius nil assequat vel capiat, cui fuerit persuaden
dum. Q; aūt verba quis fecerit quę persuaden-
di vim habeant, dei id munere fit: q; vero sua-
deatur, non semper ex deo pcedere Paulus nos
instruendo sic explicat: Persuasio autem non ex
eo q nos vocat. Eiusmodi & illud est. Si em̄ vul
tis & audieritis me, bona terræ comederis: q; si
nec vultis nec audieritis me, gladius vos deuo-
rabit. Vt autem ea quis velit quę monente ali-
quo proferuntur, & prolata hæc audierit, di-
gnus efficietur Dei promissionibus. Et sane au
dientis voluntate est opus, & ad ea quæ dicun-
tur assensu. Vnde & in Deuteronomio dictum
illud idcirco videtur, Et nunc Israel quid domi
nus tuus a te postulat, nisi vt timeas dominum
Deum tuum, & ambules in omnibus viis suis,
& eum colas, & custodias omnia mandata eius?

Erit prętera & his occurrendum quę supra B
dixerat & huiusmodi Celsus. Quo enim pacto
vt gratia vacuum fecisse hunc pœnitet quos &
creasset, vbi nequiores sunt redditi? & suum hic
idem culparit simul & oderit opificium, & cō-
minando deperdat ppios filios? Carpit insuper
& falsitatis coarguit, quę in Genesi sunt hūc in
modum literis prodita: Videns autem Deus
q; multa malitia hominum esset in terra, & cū-
cta cogitatio cordis intēta esset ad malū omni
tempore: pœnituit eum q; hominem fecisset in
terra, & tactus dolore cordis intrinsecus: dele-
bo inquit hominem quem creaui a facie terræ
ab homine vsq; ad animantia: a reptili vsq; ad
volucres cæli: pœnitet enim me fecisse eos. Sed
scripturæ hic sensum inuertit: siquidem pœ-
nitētia hoc loco nō dei est nuncupata, nec quia
eius hic opificium vel respuat forte vel oderit.
Q; si appareat deus diluuiū cōminari & filios
perdere quos procreasset, dicēdū. cū em̄ constet
hominis immortalē animā esse, hāc qdē cōmi-
nādo corripere nitit, & ad ea q; rectiora sunt au
ditores conuertere: internicio vero illa clades
mortalium diluuio facta, terrę pculdubio pur-
gatio fuit, quemadmodum & Grecorū qdā &
nō cōtemnendi philosophi tradiderūt, q; terrā
dii purgauerint. De hac vero dicēdi cōsuetudi
ne, qua animi exprimunt affect⁹, qb⁹ hoies ipsi
afficiunt, vt deo etiā tribuant: nō pauca nobis
superius sunt explicata. Porro Celsus suspica C
tus & forte nec ipse ignarus qd queat de his re
spōderi q; cataclysmo dispiere, sic inqt, Si. n. nec
ppios filios iste dispdit, cur ex hoc mūdo hos
subtrahit quos ipse cōdiderit? Vel ad hęc respō
debimus, e mūdo hoc ipso quod cęlo terraq; cō
stet, nequaq; Deū penitus subduxisse q; cataclys-
mi sint vim illā ppessi, sed exemisse quidē e car

nis hac vita,& e corporibus ipsis vbi illos emisit,simul etiam ne in terris sint dissoluisse: quas terras sacrę literę mũdum dicere vsurparũt. Et in Ioannis pcipue euãgelio sępe cõperim9 terre strem locũ denoiari:vt illud,Erat lux vera q̃ illuminat oẽm hominẽ venientẽ in hunc mũdũ. Et alibi,In mũdo pressuras habetis,sed cõfidite,ga ego vici mũdũ.Quo fit vt si audiat quispiam deũ de hoc mundo vt loco terrestri,quẽq̃ subducere,nihil occurrat vt absurdius dictum. Sin vero mundũ ex aere terraq; compactũ quis nuncupet,haudquaq̃ prorsus qui diluuii aquas pperssi sunt,subtrahunt ex hoc mũdo q sic appelletur:tametsi nobis qđ alibi legitur. visibilia ista nihil considerantibus,sed quę minus videntur:vt illud,Nã inuisibilia illius a creatiõe mũdi creaturis cognita spectantur:dixerit qspiã q; super inuisibilia illa,& q̃ simpliciter nõ apparẽtia nũcupant,insistẽs deus mũdũ subtraxit,verbo dũtaxat ipso mortales hinc subtrahẽte,traducenteq; ad cælestia loca,bona illa spectatum.

D Dictis aũt his cõquisitis p se & expensis,cũ ei mẽs sit vel verbis vtcũq; librum explere,dictionibus aliis simillima refert paulo ante discussis, quibus illud prędixerat.Longo igitur interuallo id stultius,q; prius sit & dies aliquot in mũdi creatione partitus q̃ dies ipsi existerent: hoie enim hoc pacto creato,& terra nõdũ obfirmata,necdũ sole hac circũacto,quo pacto esse potuerant dies?Quid em̃ hęc a superioribus differũt, quę ipsi in huiusmodi dicta ptulim9? Sed itera to q̃ vel supius dixim9 cõtẽplemur,quẽadmodũ ſ.haudquaq̃ fuerit absurdior deus primogenitus ille & maximus,q dũ ita iuberet, fiat hoc illudve,& primo die tanta hic fabricauerit,& secũdo rursum eo plus aliqd,tertioq; itẽ & quarto quintoq; & sexto pegerit.Dixim9 etiã suapte virtute iussisse illum hoc illudve fieri, & illud pduximus,Ipse dixit & facta sunt,ipse mandauit & creata sunt:astruentes dei filium affuisse fabricæ intẽdentẽ,& deũ verbũ & p se qdẽ tanq̃ mundi fabricatorẽ:nec secus & verbi patrem,q filio eius verbo mandauerit vt mundum hunc strueret,primũ esse structorem.Q; aũt vna qdẽ & prima die lux sit effecta,secunda vero & firmamentum,tertiaq; coierint q̃ sub cęlo sunt in cõgregationes suas & aquę,& fructus de se edi derit terra,quę vtiq; sola natura dispositisset:& quarto luminaria ipsa & stellę,quinto natantia, sexto terrestria,& hõ demũ:vt nobis liquuit in Geneſis interpretatione iã diximus. Quinetiã & in supiorib9 crimini iis ipsi ascripsimus q falso & promptius illud susciptunt, q; anni tunc ex diebus pdierint:qđ sane cũ de mũdi creatione mẽtio incidisset,pduximus,Hic liber generationis cęli & terrę,quãdo facta est dies, fecit de9 cęlũ & terrã. Exinde cũ illud Celsus mini E me audisset,Cõpleuit aũt deus die sexto opa ei9 quę fecit,& requeuit die septimo ab vniuerso opere qđ patrarat,benedixitq; de9 die septimo, & sanctificauit illũ, qa in eo cessauerat ab vniuerso ope qđ patrarat:existimãs idipm eẽ cessare septimo die,& requescere,sic subdit.Cæterum artificis cuiusdã deterioris in morẽ defatigat9, ocio de9 indiguit.Sed haud sane hic vidit post mũdi creationẽ quoad mũdus cõditus est quaisnã esset sabbati & dei cessantis dies, quo & deo cessant,& illi hũc celebrẽ agũt qui sua opera sexto die cõfecerint:& qa nihil vrgentiũ serũ prętereũt,cõtẽplatione ad iustoq; & beatorũ festũ diẽ ascẽdũt.Postea vero perinde ac de deo id vel sacris literis astruẽtib9 vel nobismet affirmãtibus q; defatigat9 iam quieuisset, sic inquit,Nõ em̃ par est summum deũ lassitudine affici,nec manib9 operari,nec iubere. Celsus E itaq; haudquaq̃ fas esse affirmat labore deũ defatigari:nos vero dicturi sumus deũ verbũ nec labore hoc ipso affectũ,nec alios quosuis,qui ex potiori ordine illo & plane diuiniore depẽdẽt, Lacessere nanq; & defatigari eorum est qui humano hoc corpore obducũtur.Sed quęres forte esse,quos istos inquis?num qui in quouis corpore sunt?an in terreo hoc & paulo plusculum meliore?At haudquaq̃ fas est summũ deũ manibus operari.Ita quidem,si recte intellígas qdnã sit manibus opus aliquod facere,nec secundum aliquẽ deũ,nec ex diuis quempiã operantẽ intueris.Sed esto vt abusiue manibus operari dicatur vel tropice deus, vt & illud interpretemur, Opa manuũ eius annũciat firmamẽtũ:&, Opa manuũ tuarũ sunt cęli,vel aliud si qd hmõi tradit, figurãtibus nobis dei cũ manus, tũ mẽbra cætera:qd igitur fuerit absurdũ vt de9 sic operatur?Vt itaq; nihil absurdi9 deũ hęc operari,ita nec eũ iubere vt & bona essent & laude digna q̃ fierent,qa diuino sint iussu effecta.Rursũ G Celsus vt qui forte vel illud accepit,Os dñi locutũ est:siue indoctos quosdã audierit & rudiores de hmõi pętulãtius differẽtes: nec plane intelligat quo referant q̃ sub mẽbrorũ corporaliũ noie de dei virtutib9 exprimunt,sic ingt, Neq; em̃ vel oris species,vel vox in deo est vlla. Atq vox nulla inerit deo,siquidẽ aer repercussus fit vox,vel aeris verberatio,siue aeris species, siue quid aliud qđ vocẽ eẽ definiãt peritiores:sed q̃ dei vox dicit,est quidẽ vt dei vox visa:quemadmodũ dei vocẽ visam esse populo tradũt, vt ex his constat,Ois popul9 dei vocẽ videbat:videre illud ex scripturæ consuetudine capiendo. Quinetiã nec eorũ aliud quippiã ineſſe deo af

firmat q̄ illi ineſſe nos teneam⁹: cū nihil inter ea explicet,q̄nā ſint illa quę nobis ſunt notiora. Si em̄ diuinorū mēbrorū habere nos aſſerit notionem,nil repugnabim⁹,dū tm̄ ſubaudiri velimus corporaliter hęc nobis inotuiſſe,& vti vulgarius nuncupant.Si vero vniuerſaliter hęc acceperim⁹ q̄ Celſus ait nos ſcire,permulta haud dubie nobis de celeberrimo deo conſtiterint, ſi qdē in eo virtus,beatitudoq;,& diuinitas inſit. Q; ſi qs qd excellentius ac ea ſint q̄ nobis innotuerunt intelligat,quādoquidē vniuerſa q̄ ſcimus inferiora ſint deo:haudquaq̄ foret abſurdi⁹ ſi illud & nos ſuſcepimus,nihil eorū deo ineſſe q̄ nos teneam⁹ & ſeculo innoteſcāt:quippe quę deo inſunt nō mō his ſint q̄ humana nouit natura lōge ſuperiora,ſed vel his ipſis q̄ humanā naturā exceſſerint.Enimuero ſi pphetarū dicta hic noſſet,Dauid inquā dicentis, Tu aūt idem ipſe es.Et Malachię,Sū equidē & nō imutor:videret pculdubio noſtrorū hoim neminē in deo nec re quidē,nec cogitatu mutabilitatē aſtruere.Manēs enim ille & ſtabilis,mutabilia iſta ſic moderat,vti natura ſunt per ſe cōſtituta, & per ſuū verbū edixerit hęc gubernari. Celſus p̄terea nihil aduertēs qd imaginē dei cū dicit,& ad imaginē eius,inter ſe differāt:q̄n dei imago oīs creaturę ſit primogenitus.p̄ ſe verbū & p ſe veritas,per ſeq; iuſtitia,imago exiſtēs pprię bonitatis:ad imaginē dei & hō creatus eſt, & oīs hō cuius caput ſit Chriſtus,dei & gloria ſit:nec ſane vel in vllā hoīs partē id ſtatuens,vt ad dei imaginē ſit hō formatus, nec id magni faciens vtrū qs veterē hominē nō depoſuerit,vel ſi cum ſuis operibus hūc aliq̄n deponat,ad imaginē ſit cōditoris futurus:ſic inqt,Neq; hoiem deus ad ſuā imaginē fecit: non enim eſt iſtiuſmodi de⁹, nec ſpeciei alteri cuiq̄ ſimilis,qualis eſt cōpoſiti hoīs,vt parte deteriore,hoc eſt corpore, ieſſe exiſtimet qd ad dei imaginē ſit:ſi Celſi opinionē & ſententiā ſpectes in eo qd ad dei imaginē traditur factū.Si em̄ eſſe ad imaginē dei ſolo corpore noſcit:pfecto qd poti⁹ eſt,hoc eſt aīa ipſa, priuat quo minus ſit ad imaginē dei:& in corpore corruptibili ea erit imago,qd ſane nequaq̄ nos affirmamus.Q; ſi vtrūq; det ad dei imaginē eſſe:neceſſario ſequit vt ſit cōpoſit⁹ deus, & pinde ex aīa cōſtet & corpore,vt qd ſcdm imaginē prēſtātius fuerit,aię inſit:qd vero inferius & iuxta corpus,in corpore maneat:qd vtiq; noſtrū aſſerit nemo.Reſtat igit ad dei imaginem eſſe qui in interiore & innouato iuxta nos hoīe dicit,& natura ppenſiore vt ad cōditoris imaginē fiat.Tunc vero ad dei imaginē quiſpiā ſſe ri intelliget,cū perfectior, vt pater ille cæleſtis, euaſerit,audituq; illud perceperit: Sancti eſtote quia & ego ſanct⁹ ſum dñs deus veſter.& illud didicerit,Imitatores mei efficiamini.& in animum ſuū virtute iā p̄ditū dei impſſiones admiſerit:q̄nb̄dē & dei ſit tēplū,q & q̄ dei ſunt, i dei ſuſcepit imaginē,corpus.ſ.quod iſtiuſmodi ſit animā nactum,& in animā ſuā deū ſuſceperit, quę ad dei ſit imaginē facta. Rurſus q̄multa ſibi cōgerit Celſus,pinde ac a nobis conceſſa, q̄ vtiq; Chriſtianorū nemo q mētis ſit cōpos,conceſſerit:nō em̄ noſtrū aliquis aſſerit vel coloris vel formę deū participare:quinetiā nec motus qdē participat,cū cōſtās ſit & ſtabilis eius natura,& iuſtū ſecū vt maneat exhortet. Q; autem dictiones nonnullæ aliquē dei motū deſignant, vt illud,Audiui dñm deū deambulantē in paradiſo poſt meridiem:ita erit ſuſpiciēdū,vt cōmotum deū in peccatores intelligas vel tropice dictum,quēadmodū de dei ſomno,vel ira,vel rehmōi aliqua dicit.Quinetiā nec ſubſtātię deus participat alienę:cū eius potius participēt alii q̄ ipſe ex alieno qd vendicet.Et hi qdē dei fiunt participes,q dei ſunt ſpm̄ cōſecuti.Et ſane Saluator noſter ille haudquaq̄ videt iuſtitię participare,ſed cū ipſe iuſtitia ſit, alij fiunt,& iuſtiores quidē eius participes.De ſubſtātia autē permulta eſſent dicenda,& difficillima meditatu & ea p̄ſertim quā pprie permanētē & incorporeā dicimus:& ita vt plane cōperiat vtrum ſupra ſubſtantiā ſit p̄ſtabilitate quadā atq; potentia deus,q ſubſtātiā aliis impertit, & ſecūdum ſui ipſius verbum & verbo ſibi impertit ſubſtātiam,an ipſe ſubſtātia ſit,cū alioquin natura ſit inuiſibilis.Enimuero Saluator noſter inuiſibilis dicitur dei imago:ex inuiſibili vero voce,icorporeus deſignat. Quērēdū aūt vtrū ſubſtātiarū ſubſtantiā,& idearū ideā,& principiū,& oīs primogenitū creaturę fas ſit vnigenitū nuncupare,& fateri:an liceat hęc omnia hui⁹ patrē & deum excedere.Celſus vero de Deo id aſtruit, q̄ a ſe faciat vniuerſa defluere,& neſcio quo pacto,eius eſſe omnia dicat:noſter autē Paulus & ex ſe ait deū cōſtare,& p ſe,& in ſe oīa, oſtendēs ſubſiſtentię vniuerſorū principiū cū ex ſe p̄fert, & per ſe cūctarū rerū cōplexū,& finē deniq; cū in ſe inqt,& ſane deus ex nemine cōſtat.Cū vero Celſus illud ſubiūgit,Nec verbo quidē eſt cōprehenſibilis deus,equidē diſtinguēdo ſic dixerim:Si enim verbo dicit hūc minime poſſe comprehendi qd nobis inſit,ſiue qd ex aliquo affectu p̄cedat,velore p̄nuncieť, & nos inſuper id ipſum fatebimur,nequaq̄ verbo eſſe comprehēſibilem deū:at ſi verbum illud id eſſe intelligamus qd p Ioannem exprimit,In principio erat verbū,& verbū erat apud deū,& deus erat verbum:oſtenſuri haud dubie ſumus quēadmodū

hoc verbo sit comprehẽsibilis deus, nec sibi so-
lum id cognitũ, sed cuicũq; pater verbũ id re-
uelauerit. Falsitatis ergo coarguemus qđ Cel-
sus affirmat, nequaq̃ esse comprehẽsibilẽ deũ.
Q; aũt & sine nomine esse hũc dicit, distinguẽ
dũ id erit hoc pacto. Si em̃ nec dictiõib⁹ vllis
nec significãtiis exprimi posse dei proprietates
hic dixerit, verũ proculdubio fuerit qđ intulit,
figdẽ vel qualitates rerũ plęręq; noĩatim expli-
cari nil queant. qs em̃ neminib⁹ quiuerit diffe-
rẽtiam reddere qualitatis q̃ in palmularũ sit &
fici dulcedine: quis inquã noĩe poterit qualita-
tem ipsam & secernere & demonstrare? Nil igit̃
mirũ, si hoc mõ noĩe careat de⁹. Verũ si noĩabi
lẽ esse eum ita acceperis, quẽadmodum & fieri
põt vt noĩe indito aliquid queas pferre qđ dei
sit, auditoris gratia moderandi, efficiendiq; vt
pro humanę naturę captu de deo nõnulla intel
ligat: nihil erit absurdũ si nomine hũc ipm ex-
presseris. Sic itẽ & id partiẽdũ, Nõ em̃ quicq̃ pa
tit̃ deus qđ noĩe cõprehẽdat: id sane haud du-
biũ est, affectione quauis vacare deũ. sed de his
D hactenus. Videam⁹ & subsequẽtia Celsi iã di
cta, in quib⁹ psonã pręinde quãdã inducit, quæ
vbi hęc audierit istiusmodi subdat. Quo igitur
pacto nouerim deũ, & q̃ ad cælestia ducit viam
didicerim: & hũc mihi quẽ narras quomõ deũ
ostẽderis? haud sane mecũ secus nũc agis ac pę
oculis tenebras offudisses, ita vt aperte nil vi-
deã. Moxq; huic animi dubio pinde ac respon-
deat, causam putat cur tenebrę oculis offundã
tur ei attribuendã, qui superiora illa protulerit,
inquiẽs: Hi enim quos e tenebris ad clariorẽ lu
cẽ derepẽte pduxerit quispiã, cũ nequeãt obie-
ctum statim splẽdorẽ inspicere: & visu offendi,
& cruciari, & deperire plane se credunt. Vel ad
hæc illud equidẽ dixerim, oẽs haud dubie in te
nebris residere: & in his firmi⁹ collocari, qui pi-
ctorum & statuas effigiantium fallaces & pra-
uas artes attẽdunt, nec superna illa velint suspi
cere, nec ex visibilibus hisce & sensibilibus cæte
ris ad rerũ omniũ fabricatorẽ mẽte conscẽdere,
qui vtiq; & lux verior est, & quẽuis finit in luce
versari, qui verbi fulgorẽ illum sequatur. Et pla
ne ostendit quantanã ignorantia & impietate,
& nullo prorsus diuini numinis sensu, cũ se vt
verum deum colere debuissent, insensibilia hæc
venerẽtur: cũ alioquin eorũ mentẽ ad vnigeni-
tum & cũctorũ pręsidẽ deũ ipse direxerit q̃ sal-
uos fieri se vellẽt. Populus em̃ qui ambulabat i
tenebris, gẽtium. s. vidit lucem magnam: sedẽti
busq; in tenebris & vmbra mortis lux Iesus sci
licet, oborta est eis. Christianorum itaq; nemo
vel Celso ipsi vel aliis diuinum verbum culpan
tibus ita respondẽrit: quonam pacto deum co-

gnouerim? quippe cũ horũ singuli, quoad quisq;
capere valet, dei habeat notionẽ: nec corũ quis-
piam illud ptulerit: qnã iter a d cælũ tẽdes didi
cerim? nimirũ q iã audierit, Ego sum via & veri
tas & vita: degustauerit q; iter id faciẽdo, itine-
ris cõmoda. Nec pterea istorũ aliqs a Celso pe-
tierit, quem mõ mihi deũ ostẽderis? id nãq; inter
cętera eius proposita dixerat Celsus: & si qs lo-
quẽtẽ hunc audierit, est haud dubie respõsu-
rus, quãdoquidẽ hui⁹ dicta caliginosa esse per-
spexerit, cũ inquit, Pręoculis tenebras mihi of-
fundis. Celsus igit̃ & sui simillimi ante oculos E
nobis obiicere tenebras cõnitunt: at nos contra
verbi Iesu splendore excutimus dogmatum im
piorum caliginis densitatẽ. Verum sic Celsum
affabit̃ Christian⁹ vir aliqs, aperte nihil quod
terreat explicatẽ: nil equidẽ tuis i verbis inesse
video claritatis: quo fit vt non e tenebris Cel-
sus ad clariorẽ nos lucem traducat, sed e luce ad
obscura potius transferat. Ponit enim lucẽ tene
bras & tenebras lucẽ, & fit sane Esaiæ pręcipuis
dictis obnoxius, Vę vobis q ponitis tenebras lu
cẽ & lucẽ tenebras. Nos tñ nostrę animę oculos
verbo aperiẽte, cognito tenebrarũ ac lucis discri
mine, vtcũq; in luce cõsistere malumus: in tene
bris vero manere nullo pacto est animus. Cum
aũt vera lux vigeat, nouit pfecto cuinam radii
sint, & cui lux pferẽda: cũ alioquin suis interea
caligãtib⁹ oculis, cuinã sit vt lux ipsa affulgeat
quãdoq; futurũ, plane ignoret. Q; si cõmodi-
cẽdũ, & offendi & pœnis affici visum? cuiusnã
alterius oculos aliqd pati dixerim⁹, q̃ eius q dei
ignorãtia teneat̃, & vitiis sit pręditus, quo mi-
nus queat veritatẽ perspicere? Christiani igitur
haudquaq̃ existimãt sese vel Celsi dictis vel alte
rius a dei cultu alienissimi, excæcatũ quandoq;
iri: verũ q se luminib⁹ captos psenserint, & vul-
gi erroribus implicari, gẽtesq; ipsas festos agere
dęmonibus dies, ne errantes sectãdo præcipites
eãt, ad verbũ Iesum se ptinus cõferãt: qđ haud
secus oculis se condonabit, ac ppe viã cubãtes
& prostratos egenos cæcosq; ipsos curauerit, &
ea solũ de causa qa id pclamassent, Fili Dauid
miserere mei, vñ misericordia ipetrata oculos
mox illi & visum recipiũt, hoc est nouos quidẽ
& nitidos, & quales dei verbũ cõdiderit. Quo F
circa si q̃rat Celsus quõ deum nos nosse, & quẽ
admodum apud hũc saluos nos fore existime-
mus: respõdebimus satis idoneũ eẽ dei id verbũ
vbi se q̃rẽtibus obtulit, vel his q se oblatũ susce-
perint, vt patrẽ & cognitũ faciat & reuelet, qui
ante eius aduẽtum fuisset incognitus. Quis em̃
alius quiuerit vel salutẽ afferre, vel ad deũ oĩpo
tẽtẽ traducere humanã hãc animã, pter deũ &
verbum? qđ sanę apud deũ cum a principio ma-

nens,eorũ gratia qui carne compacti essent & ꝓcreati,quãdo hi carne constarẽt, factum illũd est caro,vt cõprehẽdi ab his & cognosci posset, qui se vt verbũ,& apud deũ, & deum verbũ videre nequirent.Quinetiã cum corporaliter loqueretur,& vt caro esset denunciatus,ad se qui caro sunt conuocat,vt primum formari secundum verbũ hos faciat,quod caro effectum est: deinde ad se visendum desumat,quale antehac fuerit,& priusq̃ carnẽ assumeret:ita vt meliores hi redditi,vbi ab institutione ista carnali superiora cõscenderint,ingant,Etsi Christũ olim iuxta carnẽ cognouimus,nunc tamen non vltra spectando dignoscimus sed contemplando. Caro igitur factus est ille:& vbi caro effect⁹ est, habitauit in nobis,haud tamẽ extra nos factus. Inhabitans vero in nobis & fact⁹,haudquaq̃ in prima forma permansit,sed nobis ipsis in rationalem & celsissimum montem desumptis,gloriosam suam ostendit figuram,& vestium suarum fulgorem,nec suarum modo,sed & spirita lis legis,que Moysen præfert cũ Iesu in gloria visum:omnẽ preterea nobis prophetiam aperuit,nec tamen post humanitatẽ assumptã vt perinde demortuam,sed in cęlum sublatam : cuius rei Helias indicio fuit.Enimuero qui hæc contemplabitur,illud profecto dicturus est, Vidimus gloriam ei⁹ gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratię & veritatis. Celsus igitur vel rudius quidẽ ea cõmentus est, quę nos ad eius quęstionem respõsuros existimauit,quẽad modũ.s.opinemur & deũ nos cognituros,& habituros apud eum salutẽ:nos vero eadẽ illa quę ꝓposita sunt affirmamus,tãetsi Celsus nõ indecentibus argumentis respondere nos fateat,& scribendo se palã facturũ qd ipsi respõdeamus, qd ita se habeat.Qñ em̃ & magn⁹ est & spectatu difficilis deus,ꝓpriũ spiritũ in corp⁹ immissum nostro assimile,huc ad nos misit, vt ex eo & audire nonnulla possemus & discere.Et sane non solus iuxta nos deus ille & pater magnitudine prestat:qppe qui suimet & ꝓprię magnitudinis participẽ vnigenitum, & omnis creaturæ primogenitum fecerit vt cũ imago sit inuisibilis dei,in ea magnitudine patris imaginem seruet.Nõ enim fieri poterat vt æqualis esset (ita vt dixerim) decora & inuisibilis dei imago,nisi & magnitudinẽ hęc ipsa preferet.Sed deus etiã quia sit incorporeus,& inuisibilis est : his vero qui se contemplant̃ cor inest & cõtemplabile, hoc est quod mẽte & aio cõtemplat̃.Cor aũt nõ quoduis eqdem dixerim,sed purius aliqd: non em̃ fas est deũ vt inquinato qs corde conspiciat, sed necesse est vt purior sit puri cuiuspiã ꝓ dignitate & cõtemplatio. Sed esto vt nõ facile possit deus spectari:at nõ solus est cuiq̃ ille spectatu difficilis,sed eius & vnigenitus:difficulter nãq; deus verbũ videtur,nõ facile etiã & sapientia ipsa in qua vniuersa fecerit deus,pspici tur.Quis em̃ eã sapiẽtiã poterit ad singula q̃q; ex omnibus in qua de⁹ vniuersoꝝ & singula fecerit,cõtẽplari?Non igit̃ qa spectari deus haud facile queat,vt spectatu facilẽ filiũ misit : cuius rei Celsus plane ignarus,ex nostra perinde pso na id ꝓtulit,q; haud facile humanis obtutibus deus pateret,& q; propriũ spũm in corpus immittens nobis psimile,in mũdũ demiserit,vt ex eo liceret q̃ sua sunt & audire & discere. Sed vt ipsi tradidimus,fili⁹ etsi videri haud facile possit,vt q de⁹ verbũ p quẽ effecta sint oĩa,in nobis tñ inhabitauit.Q; si intelligat Celsus quę nos C de spũ dicimus,vt qcũq; spũ dei agunt̃,hi dei filij sint:haudquaq̃ pinde a nobis fuisse illũd asserũ sibi decernet,q; ꝓpriũ immittẽdo spũm deus in corp⁹ nostro psimile ad terras demiserit. Siqdẽ assiduo de⁹ his spũm suũ imptit,q se capere pñt,cũ spirit⁹ ille nõ pcisione vlla vel diuisione se dignos inuaserit,cõstat em̃ id spũs neq̃ q̃ esse vt nostrũ hoc corp⁹:quẽadmodũ ne corpus esse & ignẽ:q vtiq; deũ vt in his phibeat̃, pũtulerit,De⁹ noster ignis cõsumẽs. Hęc.n,tropice vniuersa traduñt̃,vt ex cõsuetis hisce noĩb⁹ corpori cõgruẽtibus intellectiuam designẽt naturã:haud secus ac si pæccata dicant̃ ligna fœnũ & stipula esse, nõ tñ idcirco dicturi sumus corporea esse delicta:& si virtutes aurũ esse argentũve astruãtur & lapidẽ pcioſum, haud tñ corpora esse virtutes dixerim⁹:sic etsi de⁹ ignis esse phibeat̃,q ligna fœnũ & stupulã & quãuis pæccati adsumat substantiã,nõ tñ corpus esse intelligem⁹.Cũ vero & ignis ꝓnunciat̃, nõ tanq̃ corpus sit aliqd noscimus:sic igit̃ si de⁹ spũs dicit̃,nõ pinde ac corpus sit aliqd asseueram⁹.Ad sensibiliũ em̃ destructionẽ,mos sacris literis est vel ĩtellectualia q̃is ad spũm ptinẽtia, vel spiritalia nũcupare:quẽadmodũ illud cũ Paulus ingt,Sed sufficiẽtia ista ex deo est,q & nos sufficiẽtes fecit ministros noui testamẽti,non literæ sed spũs:litera.n,occidit,spũs aũt viuificat.litera sensibilẽ quandã dixit diuinarũ literaꝝ intelligentiã,spũm vero intellectualẽ.Sic itẽ & alibi, Spũs de⁹ est.Siqdẽ Samaritę illi Iudęiq; corpaliter exeq̃bãt̃ & spiritaliter q̃ plegẽ his mãdarentur:& istiusmõi saluator Samaritẽ affatus est, Venit hora qñ nec in Hierosolymis nec in mõte hoc adorabitis patrẽ:ẽ.n,spũs de⁹:& q illum adorãt,i spũ & veritate adorẽt necesse. qbus ex dictis edocuit nõ in carne & carnalib⁹ sacrificijs esse deũ colẽdũ sed spũ adorãdũ:is.n,in spũ cognoscet̃,cui æque in spũ & mente deseruiat.

At nō in figuris adorandus est pater, sed in ve
ritate, q̄p Christū Iesum effecta est, vbi lex est
per Moysen tradita. quādocūq; eā cōuertemur
ad dīm, dīs aūt spīritus est, tollet velamen qđ
cordi impositū est & Moyses plegetur. Celsus
itaq; vt qui minus ea quę spirit⁹ dei sunt tene-
at, (animalis em̄ hō nō recipit q̄ sunt spīritus
dei: est em̄ insipiēs, & nō potest intelligere qđ
spiritaliter indicatur) sibi illud desumit, existi
mans nos deū fatery spīritū esse, neq; in eo videt
a Stoicis quicq̄ differre, astruentibus deū aerē
esse, qui p oīa diuaget, & in se oīa cōplecta
tur. Peruadit aūt cura & prouidētia deus vtiq;
vniuersa, nō tī vt Stoici volunt, in aeris morē:
& cūcta qdem ita cōplectit q̄ prouidētia ipa p-
uiderit, vt nō pinde corpus cū aliqd amplexat
ita cōtineat: quādoquidē cōstat & corpus esse
quod cōtinet: sed vt diuina vis aliqua ea in se
q̄ cōprehensa sunt, amplectatur & teneat. Et iu
xta Stoicos qdē q corporeas esse potestates af
firmāt, & idcirco illas vniuersa corrūpere, & in
discrimē venire ne & deū ipsum & summū cor-
rumpāt, ni conspicuū admodū & audax facin⁹
esset vel dei verbū qđ ad hoīes vsq; & infimos
quosq; descēderit, nil aliud nisi spirit⁹ qdā cor-
poreus videret. iuxta nos vero qui aīam niti-
mur rationalē ostendere quauis corporali natu
ra pstātiorē, & substātiā esse hāc inuisibilē & in-
corporeā, haudquaq̄ fuerit corporeus deus ver
bū, per quē & facta sunt oīa, & verbo hoc ipso
vt omnia fiāt, non solū ad hoīes ipsos ptingat,
sed vel ad ea q̄ pro minimis habeant, & tegant
natura. Succēdāt itaq; Stoici vniuersa, nos ve-
ro incorporeā substantiā succēdi & cōflagrare
nil nouimus, neq; in ignē resolutam hominis
animā, vel angelorū, vel throni, vel dominatio-
num, vel principatuū, vel potestatū substantiā
D scimus. Quocirca Celsus, vt q minus videret
q̄ spīritus dei sunt, frustra id intulit, q̄ cū spīri
tus a deo sit filius, vbi ad humanū corp⁹ perue
nit, neq; is quidē futur⁹ est immortalis q dei sit
filius. Vnde rursum alia q̄dā sibi cōfingit, pin-
de ac nostrum nonnullis nō spīritū esse deum
sed dei esse filium asserturis, & putat hęc in
quiens nobis se occursurum: Nulla est spirit⁹ ta
lis natura vt permansura continuo sit: & velut
nobis asseuerantibus ignē esse deū & cōsumen
tē, sic intulit, Et sane nullam huiusmodi cōstat
ignis esse naturam, vt prestare semper is q̄at: cū
tī minus intelligat quorsum nos referendo deū
hunc nostrum ignē esse dicamus, & ad quorū
consūmationem, & q̄ peccata sit & vitia cōsūp-
turus. Cōgruit em̄ deo q bonus & æqor sit,
vbi singuli certasse iā videbūtur, & qualis q̄sq;
fuerit certator pspicuū erit, vt per ignē suppli-
ciorum vitia deleat, & cōmissa abstergat. Rur-
sum sibi, quod ipsi nil affirmam⁹, dicendū desu
mit, q̄ necessariū sit respirasse q̄nq; deū, & subse
quenter nec potuisse Iesum a mortuis cū corpo
re simul resurgere: nō em̄ recepisset inquit quē
dederat spīritum deus corporis iam natura in-
fectū. Sed delirū pculdubio fuerit velle ea nos
dicta refellere, perinde ac a nobis deprompta q̄
ipsi nusq̄ ptulimus. Deinde sępe eadē repete- B
do, vbi pmulta superius huiusmodi tradidis-
set, & irrisisset dei ex virgine genituram, etsi nos
huius obiecta satis iam vt licuit reuincendo il
li occurrimus, sic inquit: Si em̄ placebat ex sese
spīritum e cęlo demittere, quid erat necesse vt
mulieris vterum inflaret: poterat nanq; q crea
re homines nosset, & huic corpus effingere &
plasmare, non suum spīritū in tantam sordē im
mittere. sic enim nec fides huic demeret, si cæ
litus veniens statim pseminatus esset & genit⁹.
Et sane eo hęc intulit Celsus, qa virginalē illā
& puriorem nesciret penit⁹ genituram, & ex nul
la corruptione eius corporis ortum fuisse, qđ
erat futurū vt humanę salutis ministerio fun-
geret. Arbitrat aūt hic Stoicorū dicta narran
do, nec plane dissimulādo quę de indifferētibus
p eos tradunt, se didicisse in sordes & ingnauiē
ta fuisse diuinā naturā aliqñ detrusam, siue qa
in virginali corpore fuerit quoad corpus sibi ef
fingeretur, siue quia corpus assumpserit: nec se-
cus hic agit atq; hi solent qui solis radios pu-
tant in putido cœno & olidis cadaueribus ing
nari, nō puriores in his pmanere. Em̄ uero si p F
Celsi sententia sine origine aliqua Iesu domino
corpus esset illud effigiatum, confestim qui id
corp⁹ spectassent de improuiso sic extitisse, non
genitū credidissent: neq; enim id qđ visum iam
esset, naturā denūciaret vnde & ortū cepisset.
Et vt ita exēplī gratia dixerim, mel aliqđ fuerit,
non tī ab apibus fabricatū: & id quispiā alioqn
cū ex gustu, tum ex aspectu pnūciet nō ex api-
bus cōstitisse, quemadmodū nec qđ ex apib⁹ fit
sensu ipso & gustu ex his habuisse principium
innotescit, sed experiētia ipsa prodisse ex apib⁹
demōstratur, & itē e vitib⁹ vinū manasse: nō em̄
gustus referet qd sapiāt vites: Eundē in modū
& sensibile corpus haudquaq̄ ptulerit nunciā
do vndenā subsistere cœperit. His pterea adji-
cientur & q̄ dici decęlestibus possunt, quorū &
subsistentiā & splēdorē videdo sentimus: haud
tī hic sensus suggerit nobis vtrum ea creata
an minime sint, vnde & sectæ de his extiterunt
varia sentientiū. Verū q ea condita fuisse affir
mant, haudquaq̄ cōueniūt quēadmodū sint illa
creata: non enim illorū suadet sensus quo sint
pacto creata, vel si ratio ipsa enitendo inuene-

rit cõdita illa fuisse. Deinceps eadem sæpe resumens quę de Marcionis sentẽtia dixerat, & alibi quidem quæ Marcionis in vero sunt explicat, alibi praue audisse videt: quæ nec refutãda per nos hoc tempore sunt, nec plane coarguenda.

A Deinde rursum ea sibi adaggerat, q̃ partim ĩ Marcionis faciunt defensionẽ, partim q̃ illũ impugnant, sic inquiens: Et sane nonnulla crimina isti declinant, in nõnulla prsus incidũt. Cũq; ea peruelit dicta ꝓbare quę Iesum affirmãt prophetarum vaticinijs denũciatũ, vt Marcionem ipsum & qui ab eo manarũt incuset, id apertius subdit. Vndenam argueꝫ dei filius esse q tantis sit affectus supplicijs, nisi de hoc fuerit id olim prędictũ? Deinde hũc rursum ludẽs vt solet irridet & cauillaꝫ, deorũ filios duos inducens, alterũ cõditoris, alterũ dei qui iuxta Marcionem constet: describitq; inter hos initum singulare certamẽ, qđ haudquaq̃ alienum a deorũ sit certaminibus: asserens haud secus istorum diuina certamina se habere, ac ea quę inter se coturnices ineunt: quãdoquidẽ parentes ipsi & filiis in se decertãtibus siue cõfecti iam senio nulli vsui sint, siue delirẽt, quia inter se nihil constituant, & filios sinãt se debellare. Verum ad id qđ superius Celsus intulerat respõdebo. quęnã anicula cum infanti canendo alludit, non ea dicere veretur, quæ in suis Celsus veredicis dictis deblaterat? Siquidem cum decẽs fuisset vt his quæ a nobis dicuntur re ipsa insisteret, is vero necessariis rebus omissis ioculariter agit & garrit, existimãs mimos se & iocularia q̃dã & sales describere: nec plane aduertit quẽadmodũ istius modi ad verba & nugas euectio, ꝑter eius ꝓpositũ sit qui nos deniq; velit vt relicta Christiana religione suis decretis animũ intẽdamus: q̃ si grauiter & modestius pertractaret, plus forsitan suasionis sint habitura: sed cũ per risum & iocũ permulta & scurriliter eloquendo deliret, dicturi sumus elegãtiũ verborũ inopia, vt quæ nec nactus esset nec sciret, in tãtã hũc incidisse garrulitatem. Post illa vero id infert, Enimuero si diuinus inerat & in corpore spiritus, omnino erat necesse vt immutatũ aliqd haberet id corpus a cęteris alienum, siue magnitudinem dixeris, siue venustatẽ, siue vires validiores, siue vocem, siue speciem horridiorem, siue deniq; suadendi vim aliquam. fieri enim non poterat vt q prꝫter cęteros aliquid in se haberet diuinitatis, nõ item ab his lõge differret. Id vero corpus ab alio quouis nihil distabat, nisi vt ferunt ꝙ pusillum esset & visu despectum & fragile. Videt itaq; velle se Iesum vel in his carpere, perinde ac scripturas in fidem adhibeat, q̃ videantur ei criminãdi causam exhibere, & q̃ his cõtinentur mox explicat: cũ vero pro earundẽ scripturarũ sentẽtia videaꝫ quis cõtraria ꝓnunciare, & his aduersantia q̃ fuerint ad criminãdum admissa: hęc sane nec scire se simulat. Q̃ autem Iesu corpus visu esse despectius literis ꝓditur, exhilaratus mox suscipit: etsi non eiusmodi quale Celsus exposuit, cũ nihil apertius significet ꝙ pusillũ id esset, q̃is apud Esaiã describit, q vatici nãdo ꝑdiceret vẽturũ hũc aliquãdo nõ decoro aspectu, nec prestãti pulchritudine aliqua. Quis enim (is inquit) credidit auditui nostro, & brachium dñi cui reuelatũ est? & ascendit sicut virgultum corã eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei nec decor, sed species eius sine honore, & deficiẽs supra filios hominum. Hæc Celsus ac lubẽs audiebat q̃ sibi ad Iesum crimi nãdum cõducere videbant, cũ tñ ea nõdum advertisset quæ ĩ quarto & quadragesimo psalmo dicunt, quẽadmodum ꝓferant, Accingere gladio tuo super femur tuũ potẽtissime: specie tua & pulchritudine tua intẽde prospere, ꝓcede & regna. Sed concedatur vt hãc ꝓphetiam nec legerit Celsus, vel eã forte plectã fuisse ꝑ interpretes tã praue distractã, vt de Iesu nil videatur pertinus ꝑdixisse: verũ quidnã dicturus de euangelio fuerit, ex quo illud sat patet, & conscendisse mõtem altissimũ Iesum, & fuisse in discipulorũ conspectu trãsfiguratũ, cũ Helia simul & Moyse in gloria apparẽtibus visum, & huius fatẽtibus exitum qualẽ hic esset Hierosolymis habiturus? Quin & si ꝓpheta id inquiat, Vidimus eũ & nõ erat aspect⁹, & nõ est species ei neq; decor: quãtocy⁹ id vaticinij suscepit Celsus, vt ad Iesum relatum, & vti cæcus irrũpet vt dictũ illud arripiat: nec tamẽ intelligit q̃ ingẽtis illud mysterij sit, ꝙ qui indecorus sic videaꝫ, dei sit filius, quãdo quidẽ multis antehac annis eius de genitura & specie extiterint ꝓphetię. Q̃ si alius quisq̃ ꝓpheta decorẽ illi & pulchritudinẽ ĩesse affirmet, haudquaq̃ ad Iesum quod vaticinatus is sit, Celsus retulerit: si vero apte ex euãgelio posset illud desumi, quẽadmodum nec speciem haberet ille neq; decorẽ, sed eius species honore careret, deficiens supra filios hominum: ꝓfecto non ex ꝓpheta qs diceret Celsum sed ex euãgelio hęc ꝓtulisse. Nũc itaq; qñ nec ex euangeliis nec ex Apostolis ipsis id liqueat, ꝑspicuũ est Celsum conuinci ex prophetis dicta hęc accepisse, vt ex certiore Christi exitu comprobata: quod sane haudquaq̃ in posterum fuerit in Iesum criminationes ꝓcedere. Cęterũ q istiusB modi differit, Cũ enim diuinus corpori inerat spiritus, erat necesse vt esset omnino vel in partem aliquam a cæteris alienus, siue magnitudine dixeris, siue voce, siue specie quadam horri-

diore,siue suadendi vi aliqua:quo pacto non illud videbat,Iesu corpus pro se spectantium,viribus,& vt cuiq; in cõmodũ cederet, & immutari & visum esse!Nec mirum si natura hoc pacto illi mutabilis inerat,ad quoduis conditoris arbitrium & nutum se verteret,& vt artifici libitum esset qualitatem quancũq; reciperet: iuxta quã nec speciem nec decorem traditur habuisse.Nõnunq; vero glorioſum & horribilẽ & mirabilẽ hunc redditũ ferũt, vt in faciẽ tantæ gloriæ & splendoris procumberent spectatores Apostoli tres illi qui cũ Iesu montẽ cõscende-
C rent.Sed dixerit Celsus figmenta hęc esse,& a fabulis nil aliena:quẽadmodũ & cętera Iesu miracula fuisse decernit: ad hæc vero superius q̃ multa respondimus:habet autẽ illud arcanũ aliquid & mystice interpretatũ,qđ Iesu varias formas denunciat ad diuini verbi referri naturã, & non ęque multitudini apparentis atq; his q se in montem subsequi potuerunt.Et his quidẽ qui inferi⁹ substitissent,& nondũ essent ad ascẽsum paratiores:dei verbũ nec speciẽ habet neq; decorem:quippe cuius species hisce hominib⁹ sine honore proculdubio fuerit,& deficiens supra sermones per homines factos,in his tropice filios hominũ nuncupatos. Dixerint enim philosophorũ dicta pulchriora videri q̃ sunt hominum filij,q̃ dei verbũ tam multis iam prędicatum,quod vtiq; prędicationis stultitiã pferat: & quia stulta visa sit prędicatio,affirmaturi proculdubio sunt,qui id solũ attẽdũt qđ dicit, Vidimus eum nec speciẽ nec decorẽ habentẽ: his vero qui ad hunc subsequendũ vires susceperit montẽ altissimũ inscẽdentẽ,diuinã id verbum prę se tulerit formã visendã:e quibus extitit Petrus,qui a verbo ędificationem in se ecclesię cepit,& tantum iam habitus & fiduciæ est assecutus,vt inferi portæ aduersus eũ minus pręualeant:quippe qui eodem sit verbo a mortis foribus tantopere subleuatus,vt dei laudes omnes in portis filię Sion denuncíet:vel si qui alij fuerint qui ex sermonibus & doctrina genituram acceperint,sonori quidam & voce ingenti,& tonantis cęli fragore nihil inferiores.Sed vndenã Celso & alijs diuinæ doctrinæ infestissimis hostibus,nec veritatis studio inuestigandę Christianorum res conquirentibus, cupido incessit quid sibi vellent varię Iesu formæ internoscendi!quidve illius cum ætas,tum anteq̃ pateretur res gestæ,tum etiam vbi & resurrexit quę fece-
D rit,sibi depoſcerẽt! Deinceps Celsus hęc subdit.Quinetiam & si deo id animo inerat, quẽadmodum & apud Comicum Iupiter e lõgiore somno iam experrect⁹,humanũ genus a malis eximere:cur in angulum quẽpiã hũc ipsum detrusit,quem vos spiritum dicitis!cum potuisset necesse vt eodem spiritu permulta corpora inflarentur:quæ per orbem terrarum vniuersum essent in posterum dimittẽda.At Comicus ille in theatro vt risum moueret id literis demãdabat:Iupiter excitatus e somno ad Athenienses Mercurium & Lacedæmonios cõfestim legauit:tu vero risu maiori dignum aliquid fecisse eum existimas,qui ad Iudęos filium destinasset.Aduerte ex his Celsi cũ ieptias,tũ leuitatẽ, præter oẽm philosophi grauitatẽ comœdię auctorem suscipiẽtis,& cum Ioue iam experrecto Mercurium delegãti, deũ nostrũ temere cõferentis omniũ conditorẽ.Diximus aũt supra, quẽadmodũ non vti longiori ex somno surgentẽ deus delegasset ad homines Iesum:& tũc q̃dem per assumpti corporis dispensationẽ, nũc vero iustiores causas nactum , humanũ dicim⁹ genus beneficiis hũc semp afficere:nihil enim quod rectius sit inter homines gerit,nisi diuini spiritus interuentu,eorũ se animo insinuantis, qui vel ad breue quiuerint diuini verbi operationes huiusmodi capere.Sed iure haud dubie factum vt in angulũ aliquem aduenies se lesus conferret:siquidem erat necesse, vt his qui deum vnicum didicissent,eiusq; & prophetas perlegerent,& essent certiores effecti futurum omnino vt Christus prędicaret, vt qui fuisset prophetarum vaticinio iampridem denunciatus,iam deniq; aduentaret,& per id tẽporis ad nos ille concederet,quo ex angulo iam oportebat vt vniuersum in orbem verbũ & verbi doctrina diffunderetur. Vnde nec erat necesse vt vbiq; & multa existerent ab inferis corpora,vel pleriq; & pares Iesu spiritui spiritus, vt orbis terrarum ex dei doctrina clarescceret. Sat enim erat vnicum verbum,tanq̃ iustitię sol ex Iudęa exortus,vt in mortalium animos sese vtro susci-
cipientium pertingentes emitteret radios.Q̃ si quis percupiat frequenter corpora intueri spiritu sanctiore referta,haud secus ac Christo ipsi ad vniuersorũ salutem parata:eorum habeat notionem,qui vt integerrimi sunt, ita & vitæ rectitudine Iesu doctrinam alios edocendo vulgarunt.Et hos quidẽ diuinę literę Christos dicunt, vt illud, Nolite tangere Christos meos:& in prophetis meis nolite malignari.

Enimuero quemadmodum venturum quandoq; Antichristum accepimus, cum alioquin complures esse in mundo Antichristos sit nobis compertum: eundem in modum & Christum iam aduenisse nõ nescij,videmus in mundo permultos esse Christos iam redditos, qui haud secus ac ille iustitiam diligunt, & oderunt nequitiam: & idcirco & illos vnxit Chri-

sti deus lętitiæ oleo. Qui tamen præter suos participes exosus iniquitatem, adamataq; iustitia, primitias simul vnctionis accepit: vel vt rectius dicam vnctionem penitus omnem lętitiæ olei, ita vt participes singuli, vt quisq; capere potuit, vnctionis huiusmodi & priuatę admissi in partem sint. Quocirca cum Christus sit ecclesiæ caput, ita vt vtriq; in vnum coeant corpus, vnguentum huic e capite ad barbam defluxit, in argumentum Aaron viri perfectioris, & ros item ad oram vestimenti & fimbrias descendendo peruenit. Et hæc quidem Celsi dictis vt leuioribus respondendo protulerim, asseuerantis oportuisse deum permulta & simillima corpora inspirasse, quę in orbem vniuersum dimitteret. Atqui Comicus ille vt spectatoribus risum moueret, Iouem & dormientem fecit, & excitatum, ad Græcos Mercurium delegantem: Verbum vero, peruigilem scięs & insomnem dei naturam, edoceat nos quemadmodum per temporum vices & interualla, mundi res istas gubernet & moderetur, vti æquitas ipsa deposcit. Verum nil mirum cum ingentia sint & ineffabilia dei iudicia, si rudiores nõnulli a veritate aberrãt, & cum his simul & Celsus. Nil igitur ridiculum fuerit, si ad Iudæos apud quos olim extitere prophetæ, legatus dei sit filius, vt inde corporaliter desumpto principio, virtute & spiritu, mundo deniq; illucescaret, quem minime vellet sine animarum diuinitate destitui. Visum præterea Celso in libri
A primordio Chaldæorum gentem diuinitate quadam præcellere, e quibus fallax generatio quædam vbi defluxit, homines ipos depasta sit. quin & magos diuinas inter connumerat nationes, quorum gentis cognomen sit Magica, quæ postmodum ad nationes cæteras ad exitiũ & internitionem peruenerit. Et Ægyptij quidem in his quæ supra meminerat Celsus vtiq; fallebantur, vt qui exterius legitimorum delubrorum ambitus elegantiores haberent, intus vero præter simias, capras, & crocodilos, & aspides & huiusmodi alia nil penitus asseruarẽt: nunc vero visum est Celso illud astruere, diuinitatis plurimum habere vel a principio Ægyptiorum hãc gentem, & forte idcirco quia Iudæis tunc primum bella isti intulerant. Nec secus Persarum gens Celso diuinior quædam videtur, quia & matres in vxores traducerent, & filiabus admiscerentur. Indorum præterea diuinam gentem appellat, quorum quosdam iam dixerat humanam carnem esitauisse. Iudęos tamen & priscos illos pręcipue cum nihil huiusmodi factitarent, non solum dixit non diuinitate præstare, sed statim deperditos: & id quidem, vt nescius vates, de Iudęis hic pręcinit, ignarus prorsus dispensationis circa illos diuinæ, & vitæ maiorum egregie anteactæ: nec plane intelligens quemadmodum ex eorum commissis salus sit gentibus parta: vt ipsorum peccatum mundo diuitias, & ex illis victoria, gentibus opes attulerit, quousq; adimpletio gentiũ ingrediatur, vt postmodum (quod plane Celsus ignorat) Israel demũ saluetur. Nec sane intel B ligo cur & illud intulerit inquiens, Qui vniuersa nouerit deum illud ne fugerit, q̃ ad prauos homines & scelera commissuros, & se demũ excruciaturos, filium mittat? Sed videtur vt volens hic eius dicti oblitus, quemadmodum omnia quę perpessurus esset aliquando Christus, diuino spiritu & pręuidisse prophetas & pręcinisse: quibus id nescientibus haudquaq̃ cõsentaneum est vt & deus nesciret ad prauos & facinorosos homines se filium transmissurum, quẽ hi paulopost tormentis afficerent. Mox deniq; ait iampridem hæc fuisse prædicta per nos affirmari, vt nostra tutemur. Sed cum satis iam multa sexto hoc libro complexi simus, dicendi finem huic faciendo, septimum iam tribuente deo aggrediamur, in quo his occursurum se Celsus existimat, quæ nos fateamur de Iesu prædixisse prophetas. Quæ vtiq; cum plurima sint, & ad ea explicanda longiori opus esset oratione, profecto neq; intercidere libuisset, nisi libri magnitudo compelleret, & si non interciderem, prolixiorem hunc septimum factus sim & immensum.

LIBER SEPTIMVS.

IN SEX SVPERIORIBVS C libris sacer Ambrosi, vt nobis licuit aduersus Celsi obiecta in Christianos crimina contendendo, & nihil vspiã omittẽdo p̃ viribus indiscussum, nec quippiam quoad fieri potuit prętereundo quod esset per nos confutandum: deum ipsum per Iesum precamur quem Celsus tãtopere criminat, vt cordi nostro affulgeat id sedulo depcanti, vt quæ ad refutandum falsa plurimũ valeant, suggerat: quandoquidem ipse veritas sit. Ad septimum hunc primum peruenimus, propheticum illud inter preces dictando, In veritate tua disperde illos, hoc est contrarios veritati sermones: hi nanq; dei veritate perduntur: vt hisce deperditis cæteri omnes curis soluti, quod deinceps subsequitur dicant, Voluntarie sacrificabo tibi: nimirum rationale & sine fumo sacrificiũ vniuersorũ deo erat his obla

Dturus. Nũc vero Celso propositum est ea ca-
lumniari quę per prophetas de Iesu iampridem
asseruntur denũciata,& carpere: & illud in pri
mis iam conquiramus,ꝙ eos existimat qui aliũ
quempiam prꝫter Iudęorum deum induxerint,
nequaq̃ posse eius subdubiis obsistere quęstio-
nibus:nos vero qui eundem qui & Iudæis sit,
deum tutemur,ad id vt respondeamus libet cõ
fugere,ꝙ de Christo sint pꝫmulta denunciata.
& ad hæc quidem sic inquit, Sed videamus
vbinam sint excusationem adinuenturi. Et sa-
ne qui alium induxerint deum, nullam inue-
nient:qui vero eundem,sapiens illud & vsurpa
tum repętent dictum,ꝙ fieri ita esset necesse: &
argumento id dixerint fore,quia quondam sint
de eo permulta prædicta. Ad hęc dicturi nos su
mus, tantopꝫre esse infirmiora quæ de Iesu &
Christianis paulo ante sunt tradita, vt qui vel
alium deum induxerint, etsi id impie facerent,
facillime queãt Celsi dictis obsistere. Et ni absur
dius esset, infirmioribus causam exhibere ad
dogmata quędã deteriora suscipienda:vel ipsi
nos facturos identidem polliceremur, vt Celsi
dicta falsitatis arguerentur, nequaq̃ posse asse-
uerantis qui alium quempiam induxerint deũ,
E ad eius obiecta quippiam respõdere. Sed age,
vel ad ea quę superius diximus,respõsuri hęc su
mus. Ea enim inquit,quę cum a Pythia,tũ Do-
donęis,tum Clario,tũ Bacchide, tum Hãmo-
ne & innumeris alijs diuina vaticinãtibus prę-
dicuntur,quorum opera & beneficio vniuersa
humaniter incolitur terra,pinde ac nullius esse
menti hi duxerint: quę vero in Iudæa pro
ipsorum more siue prodita sint siue min9:quã-
admodum vel hisce temporibus assolent qui
circa Phœnicem incolunt loca & Palestinam,
mirabilia quędam videri existimant,& nil com
mutanda. Ipse vero si de istorum oraculis dicẽ-
dum est quos meminit Celsus,fieri posse existi
mauerim,vt ex Aristotele ipso nonnulla & Pe-
ripateticis colligendo,pꝫmulta depromerem,q̃
cum Pythiæ tum cæterorũ quę tradunt oracu
la refutarent,& plane euerterent. Quin & si ea
quæ per Epicurum & eos qui Epicuri disciplı-
nam sectantur,de his ipsis feruntur,adijcerem:
ostenderem plane vel Græcos nonnullos legiti
ma illa pꝫ omnem Gręciam miraculi loco exce
pta deorum oracula confutasse. Sed esto nec va
na illa & ficta fuisse, nec hominum in se deum
habere simulantium adinuenta, quę de Pythi-
cis hisce & cęteris traduntur oraculis. Videa-
mus igitur vtrũ vel hoc pacto possit & his qui
in vero diligẽtius deorum iussa conquirendo
expendunt,nõ facile demõstrari quemadmodũ
vel qui ea deorũ esse crediderit vaticinia, haud
quaq̃ sit vt asserat necessarium, apud se Deos
esse,sed contra potius,dæmones quosdam dete
riores & improbos, & spiritus insuper generi
humano infensos, qui & animæ ad superiora
reditum intercipiant,& ex virtute progressum,
veræq; in deum pietatis & statum impędiant
firmiorem. De Pythia vero historię proditum F
est,vt quæ cæteris vatibus in edendis oraculis
videatur celebrior,quemadmodum Castaliũ os
illud insideat Apollinea vates, ex inferioriq; &
muliebri sinu suscipiat spiritũ, quo plena ora-
cula reddat,quæ elegantiora admodum & di-
uina existimentur. Sed aduerte quemadmodũ
vel ex his spirit9 huius impuritas arguatur &
scelus:non enim pꝫ habiliores aditus quosdam
occultioresq; & puriores fœmineo sinu animã
ille irrepserit vaticinãtem: sed pꝫ eos hãc sub-
it meatus,quos nec inspicere quidem continen
tem virum fas fit:nec semel atq; iterum id spiri
tus egerit,quod forsitã tolerabile videretur, sed
totiens peragit quotiens ex Apolline illa pro-
mere oracula creditur. Quinetiã & dementem
hanc reddit,& veluti magicis vatem carmini-
bus actam,ita exagitando diuexat vt constare
sibi nil possit:quod pfecto non diuini operis fu
erit. Fuisset enim necesse vt diuino spiritu occu
pata,prior ipsa q̃ cęteri omnes oraculo monere
tur:& quod in mediũ faceret & mortaliũ vitę
conduceret,in sui vt commodũ vendicaret, &
pꝫspicacius vt suimet cõpos vel eo maxime tẽ
pore inesse sibi diuinitatem sentiret:vtí diuinis
ex literis nos id colligendo aperte ostendere-
m9,apud Iudęos olim prophetas vt diuino ex
spiritu tantum iam essent in se splendoris ade-
pti quantum prophetantibus sibi ad vtilitatẽ
sat foret,pręsciuisse in se numinis diuini adue-
tum. Et sane quia(vt ita dixerim)istorũ anima
perinde attrectabatur spiritu illo qui sanctior
vocitatur:vel mẽte pꝫspicaciores hi proculdu
bio reddebantur,& animo clariores, quinetiam
& corpus tam castigate moderabantur, vt nil
repugnaret quo minus & ex virtute ducerent
vitam,vbi corpus hoc ipsum quo ad sapientiã
illam quã carnis dicim9,morte esset affectum.
Diuino siquidem spiritu, corporis opera quæ
carnis ob sapientiam cum deo inimicitias pari
unt,mortificata sat scimus. Q; si effertur & fu
rit Pythia vates,nec sui sit compos dum expro
mit oracula:quotusnam erit spiritus ille haben
dus,qui & tenebras menti offundat & sensibus,
& tales profecto,quales dęmonũ id genus obdu
cit,quos Christianorum non pauci a patienti-
bus abigunt nulla re magica vel veneficijs, sed
precibus & simplici quadam adiuratione:quan
tũ his niti potest simplicior aliquis,ita vt rudes

ſenitus quidam id factitent: ſiquidem eorum verbis Chriſti inſidens gratia, dæmonum cum vilitatem, tum impotentiam arguit: qui vt vincantur, & exituros ſe ſtatim ſiue ex anima ſiue humano ex corpore annuant, nil plane indigeant ſapiente aliquo & argumentis fidei ratio-
A nalibus obfirmato. Quin & ſi paſſim id creditur non apud Chriſtianos duntaxat, & Iudeos, ſed apud alios pleroſq; tam Græcorũ q̃ Barbarorũ, victurã perpetuo & permanſurã vbi exceſſit e corpore mortaliũ, animam: apud eoſq; id & rationibus confirmatur, & plane oſtenditᷤ quemadmodum quę purior ſit, nec fuerit nequitiæ liuoribus & pondere degrauata, ad loca illa puriſſimorum & cęleſtium corporum ſublimis feratur, relictis his craſſioribus in terra corporibus, & iſtorum inquinamentis: improba vero vt a prauis facinoribus ad terram retracta, ita vt nec aſpirare ad ſuperiora illa iam queat, vagabunda in terris his volutetur, & circa ſepulcra nunc oberrando, vbi & vmbratiliũ animarum phantaſmata ſint ſæpius viſa, nunc terras has obeundo: cuiuſmodi eſſe & ſpiritus illos exiſtimandum eſt, qui omnibus ſeculis & prępediti ſunt, & coerciti, ſiue veneficijs ſiue ipſorũ impuritate, ędificijs etiam & locis alijs deputati. Chriſtiana vero doctrina nil aſſentitur non prauos ſpiritus iſtos exiſtimari, qui ad hominum deceptiones pręſcientię virtute vtantur, q̃ media ſit, & hos inſuper vt a deo & pura in deum pietate & cultu abducunt: quod vtiq; eoſdem hos eſſe coarguit, qui & incenſi ſe odorib⁹ ſanguiniſq; & hoſtiarum oblationib⁹ foueãt, & voluptati habeant vt id aſſequantur: quaten⁹ haud ſec⁹ frui hac vita poſſint, ac homines q̃dam improbiores, qui pręcipuum illud nõ potius amplectuntur, vt extra corpus hoc viuant, ſed ob corporis voluptates in terreno hoc corpore vitam tutantur ac fouent. At qui ſi de⁹
B eſſet (vt Græci putãt) in Delphis Apollo: q̃ſnã eſſet in vatẽ alius huic eligendus q̃ ſapiẽs quiſpiam? vel ſi minus talis inueniretur, hunc ſaltẽ elegerit, qui in vita proficeret? Cur præterea nõ virum maluit ſua vaticinari q̃ fœminam? Q̃ ſi fœminam his potius voluit, perinde nec aliter poſſet, nec in re alia vlla niſi in mulieris ſinu capere voluptatem: cur non virginem pot⁹ q̃ prouectam ętate fœminam, quę eius mandata denunciaret? Nunc vero Pythius ille quem Græci tantopere demirantur, ſapientem nemi nem iudicauit, immo nec virum quidẽ, vt Græci exiſtimant, dignum quem diuinitas occupaſſet: nec inter fœmineum genus virginem quãpiam, quæ vel ſapientia polleat, vel ex philoſophia profecerit plurimum: ſed fœminã neſcio quam rudiorem delegit, cum virorum præſtantiſſimi quiq; ad diuinam operationem hanc ſubeundam & miniſterium, accommodatiores fuiſſent? Præterea ſi deus hic erat: vt præ- C
ſcientia vteretur oportuit, veluti ineſcatione quadam (vt ita dixerim) ad hominum correctionem medelamq;, & optimis vt hos imbueret moribus. Nũc vero iſtiuſmodi nihil de hoc deo hiſtorię proditũ eſt. Nam ſi cæterorum hominum Socratem eſſe ſapientiſſimũ dixit: hui⁹ tamen laudem hebetauit, quod de Euripide prius & Sophocle ptuliſſet, ſic inquiens, Pollet ſapientia Sophocles, at Euripides ſapientia pręſtat. Tragicis itaq; vt ſapientib⁹ per hũc cõfirmatis, Socrates interea ſcenicis & ſaltatrice ſuperior habitus, qui non magno præmio aliquo decertaſſent, & nunc quidẽ triſtitia & miſericordia ſpectatores afficerent, nunc riſus ineptiores mouerent: id enim ſibi depoſcunt ſatyrica dramata: non elegans aliquid prę ſe tulerint e philoſophia & veritate depromptum, nec ex grauitate honeſtoq; quid laude dignum. Et forte non adeo ob ſapientię ſtudium Socratem illum Pythius ſapientiſſimum prędicauit, quantũ ob ſacrificia & nidores quos ſibi & dæmonibus cęteris Socrates obtuliſſet: & ideirco dæmones viſi ſunt potius eorum ad vota oĩa exequi qui ſe rogatum cum oblationibus aduenirent, q̃ vllis virtutum operibus. Vnde optimus ille poetarum Homerus deſcribens quę gererentur, & docens quęnam pręcipue ſint quæ dæmones ſuadendo inducant vt morem ſacrificantibus gerant: Chryſidem quempiã introduxerit ob coronas nonnullas & tauros mille & capras quos immolaſſet, aduerſus Græcos q̃ poſtularet filiæ gratia impetraſſe, ita vt lue in hos ſæuiente ſibi Chryſeidam reſtituerint filiam. Memini autem me apud Pythagoreum quempiã deſcribentem quæ per Homerum vt ſubdubium & ſuſpicantem depromerentur, plęraq; legiſſe: & illud in primis, quemadmodum verba per Chryſidem ad Apollinẽ habita ſint, & per Apollinem in Græcos immiſſa ſit lues: quæ vtiq; argumento ſunt & plane demonſtrant, credidiſſe Homerum eſſe prauos aliquot dæmones, qui cum ſacrificijs & nidoribus gauderent, in præmium reddant ſibi lętantibus, aliorum pernicięm, ſi id deprecentur: ita vt honeſtatis non habita ratione id ſolum aduertant, vt ſupplicibus ſuis, etſi nefaria poſtulantibus, pro votis videantur ſatiſfeciſſe, & pro oblatis muneribus flecti. Haud ſecus & Iupiter Dodonæus apud quem illotis pędibus & humi cubantes ſunt vates, virili ſexu ad edenda vaticinia repudiato, fœminis

UNIVERSIDAD DE MURCIA

quas Dodonidas nuncupãt,ad id muneris vtiq; vti & Celsus affirmat. Sed esto & alius qspiã istoꝝ assimilis Clarius vocitatus, & in Ambracide alius,& alius itẽ apud Hammonẽ,vt idem inquit, vel sicubi terrarũ & vates alij sint: At vnde palã id fiet,vtrũ dij sint hi an dęmones qdam? Ex prophetis vero nõnulli q apud Iudęos olim extiterãt,vt prophetię & diuinę inspirationis capaces,pro sapiẽtibus habebant: q vero ex ipsa ꝓphetia mẽtẽ essẽt illuminati, istiusmodi euaserũt quia diuina prouidẽtia vt tales essent delegebantur:& sanctus spiritus vt his crederetur,& quæ spiritus his reuelasset, cum ob vitam imitatu difficilẽ, tum quia constantiores & liberi,& ad mortis discrimina obeunda interriti essent. Istiusmodi & sermo diuinus fatebitur oportere prophetas esse qui velut ludũ ac iocum esse coarguerunt Antisthenis & Cratidis & Diogenis constantiã: vnde & veritatis gratia prædicandę,& quia libere arguerent pęcatores,lapidati sunt, secti sunt,tentati sunt,in occidione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis,in pellibus caprinis,egentes, afflicti, in solitudinibus errantes,in montibus & spelũcis & foraminibus terræ, quorum dignus non erat mundus:Deo semper intenti, & his quę inuisibilia dei sunt,nec sensibiliter conspiciun-
D tur,& idcirco æterna sunt. Quemadmodum aũt prophetę duxerint vitã,literis proditũ est: sed in præsenti sat fuerit de Moysi vita vt cui? esse prophetię tradũtur quę sunt in lege cõscripta,aliquid explicare,simulq; de Hieremia nõnulla,qui quemadmodũ vixerit,ex eius prophetia innotuit:vtq; & Esaias, qui corporis castigatione pleriscq; iam superatis, nudus & discalceatus ad tertiũ annum incesserit. Aduerte Danielis & aliorum qui secum in lacũ missi sunt puerorum abstemiã vitata,quibus aqua in potum, in cibum legumina essent,& ab animatis penitus abstinerẽt. Quinetiã si per ocium liceat,vel qui ante hos extiterunt,quę fecerũt cõtẽplare: Noe inquã vt prophetauerit, & Isaac ille qualia sit filio cõprecatus, vtq; & Iacob duodecim filios sit singillatim affatus, Venite annunciabo vobis quod futurũ est in postremis dieb?. Comperies profecto & alios infinitos, vt istos omittã,diuina de Iesu pręcinẽdo oracula edidisse. Quocirca vt nulli? momẽti ducturi nos sumus quę vel Pythia vates,siue Dodonides ille,siue Clarius,siue quę in Ambracide sunt,siue apud Hammonẽ,siue innumerę alię quę vatum
E sibi vendicent nomẽ,prędixerint. At eorum prædictiones qui in Iudęa vaticinãdi hoc munere fungebantur,plane nos obstupescimus illorum vitę habita ratione, quę vtiq; integrior & continens esset & elegãs: quippe qui in diuini spiritus morẽ,huiusq; & ex sensu futura prędicerent,& cum dęmonum vaticinijs nihil haberent similitudinis. Ipse vero haud satis intelligo,quo pacto Celsus cum diceret,Quę autem in Iudęa illorũ more traduntur: nec dicta illis fuisse adiecerit,vt qui perinde ac incredul? inquiat,apud Iudęos nec pronũciata quidẽ fuisse quę scriptis sint tradita,nõ em̃ hic tempora nouit,nec plane quẽadmodũ ante multos iã annos,cũ pleraq; illis prędicerẽt,de Christi aduentu ista prædixerint. Rursum cũ priscos illos Prophetas velit is carpere,haud secus ait ventura hos cecinisse,ac solẽt hoc tẽpore q circa Phœnicẽ & Palestinã incolũt loca: nil tamẽ interea explicando vtrũ quosdã a Iudęorum Christianorumq; disciplina alienos nunc referat,an qui ex Iudæorum consuetudine & forma iudaice vaticinentur,vtcunq; autem se Celsi dicta habuerint,vt falsa coarguãtur: quippe cum cõstet prophetas nulla in re alienos a fide fuisse sectatos,nec post Iesu aduentũ iuniores aliquos historię proditur prophetasse: nimirum cum certius sit,& pro confesso id habeatur,spiritũ sanctũ vbi Christus aduenit,Iudęos iam reliquisse,vt qui in deum impie gesserint, nec secus & de eo quẽ prędixissent prophetæ venturũ, sint pessime meriti. Sancti autẽ spiritus argumenta & signa cum primũ docere Iesus cœpisset, extitere nonnulla: vbi vero assumptus est,permulta sunt edita,pauciora vero in posterum, nũc etiã eiusdem spiritus extant apud nonnullos vestigia,qui ex Iesu doctrina & iuxta hanc ipsam operando animam sordibus repurgarunt. Sanctus siqdem spiritus disciplinę effugiet fictum, & resurgere faciet a cogitationibus insipientis
F bus. Vertũ cũ in Phœnice & Palestina vaticinandi modũ pollicetur se Celsus dicturũ, tanq; illud acceperit,& optime sic se habere didicerit: age & hæc pernoscamus. In primis em̃ prophetiarum multas esse species asserit,nec tamẽ quales sint explicat: quippe qui nullas haberet quas diceret, sed falso illas prætenderet. Et videamus quidnam apud eius homines regionis pęrfectissimum esse Celsus affirmet. Multi, inquit,facillime quauis de causa in delubris siue extra delubra,obscuri quidem & incelebres extitere: vagi pleriq; ad ciuitates se & exercitus conferunt,& sub prętextu quodã diuina sancicendi mouentur: sed cuinã dicere illud in promptu est,& nihil insolitũ: Deus sum ego vel dei filius, vel spiritus quidam diuinus, ecce adsum: iam enim mundus deperditur, & vos omnes o viri,perditi ob nequitiã estis, ipse vero reddere vos saluos velim: & rursum visuri me

eſtis cum cæleſti potẽtiã redeũtẽ,& beatiorem dixerim qui me in preſenti coluerit:cæteris ve
to mortalibus ignẽ perpetuum,ciuitatibuſq;,& quibuſuis locis ſuperinducã ſuarũmet pœnarũ
ignaris:ita vt fruſtra tandem pœnitudine affi
ciantur & ingemiſcant: Qui vero mihi geſſe
A rint morẽ,ſempiternos ſeruabo. Deinde ſub
iũgit,Cũ enim iſta p̃tenderẽt,adiecere ſubinde incognita q̃dã & furibũda,& prorſus recõdita, quoq; vel nequeat quiſpiam qui ingenio valeat inuenire ſententiam,vt minus patentẽ,& nul
lius momẽti. Vnde & ſtolido cuiq; & mago ex occaſione permittit,vt quoquo velint qđ dictũ ſit ipſi & traducant & vendicent. Fuiſſet autẽ omnino neceſſe,ſi tñ modeſtius ageret nos cri
minando Celſus, vt ſuiſmet verbis prophetias ipſas expromeret:deinceps & dictiões eas pro
nũciaret,in qbus deus omnipotens ineſſe pro
mitteretur:qui ea ediceret,& ſubſequenter ex
primeret,quibuſnam & dei filius & ſanctus ſpi ritus ille fando aliquid crederẽt:ſic em̃ egregie contendiſſet ea refellere q̃ dicerent̃, & plane ar guere haud quaq̃ eſſe diuina verba quę illa cõ
plecterent̃,q̃ a peccatis auertunt,& præteritorũ preferunt argumẽta,& futurorũ p̃notionẽ. Vn de & prophetias qui iuxta ſe conſcripſere,illud
precipue obſeruarunt,vt poſteri qui eas eſſent deniq; perlecturi,vt ex deo depromptas demi
rarentur:nec ſolum ex his quæ ad terrorẽ dicũ tur,queve & ad meliora conuertunt,proficerẽt, ſed ex eoq; etiã exitu quæ præcognita fuerint, vbi modo crediderint ſanctum ſpiritum eſſe q pietatẽ & cultũ pro Chriſti doctrina prædixe
rit,& in ea ſe exercerẽt legi & prophetis obtem perando. Prophetæ igitur quæcũq; de ſe pote
rant in auditoq; cognitionem venire, vt opti
ma quęq; & perutilia,quæve ad morũ caſtiga
tionem conducerent,prorſus nil occulendo,vt deo eſſet collibitum prædixerunt:quæcũq; ve
ro myſtica forent,& perſpicacius attendẽda, & a contemplatione aliqua dependerẽt,quę altior eſſet q̃ vt eam quirent quorũuis aures audire:p ænigmata & allegorias & dicta obſcuriora, per q; parabolas & exempla promebant:vt hi q nec laborem defugerent,ſed hoc potius pro virtu
te & veritate ſuſcepto,myſtica illa inueſtigan
tes inueniant,inueniendoq; rem omnẽ vti fue
B rit expreſſa diſponant. Atqui Celſus iſte per
ſtrenuus,perinde ac ira ſuccenſus,quia prophe tarum dicta huiuſmodi nil intellexerit,his pla
ne conuiciatur,ſic inquiens,Cum em̃ iſta præ
tenderent,adiecerunt preterea & incognita q̃
dam,& furibunda,& prorſus obſcura: quorum ſentẽtiam nemo qui vel ingenio valeat quiue
rit inuenire,vt quæ & obſcurior ſit,& nullius momenti, & ſtolido cuiq; ſiue mago occaſionẽ permittat,vt quoquo velint eam traducant & vendicent. Et vafre quidem nobis eſt viſus iſta is intuliſſe:quippe qui haud dubie velit quan
tum in ſe fuerit deniq; prohibere,ne quis pro
phetias iſtas perlegat,nec ipſarum ſenſa perue
ſtigãdo expendat. Et ſane rem patitur nihil ab his alienam,qui cum prophetam videãt alium quempiam conuenire,& obuentura illi prædi
cere,ab eo mox quærãt,quidnã crimínoſo huic tecum eſt rei? Non itaq; indecens fuerit eſſe & verba nonnulla,quæ noſtram excedant ſapien
tia conditionẽ,queve & arguere Celſum queãt mendacii,& diuinas eſſe prophetias oſtendere, quod vtiq; ipſi (vt licuit) antehac fecimus. ſi
quidem ea ſumus quæ ſtulta Celſus appellat,& prorſus obſcura,ad verbum interpretati,& his in operibus,quæ in Eſaiam,Ezechielẽq;,& alios ex duodenis pphetis nõnullos edidimus,deoq; ipſo in eius diſciplinæ profectum in poſterum permittente,& quibus illi placitum fuerit tem
poribus,adiiciemus & ſcriptis his alia,quæ re
liqua ſunt,& quo ad licuerit apertius ſum9 ex
plicaturi:nec ſecus & alii poterũt,ſi modo ve
lint ſacra ſcripta expendendo examinare,ſi mẽ
tis ſint compotes,vel earum quiuerint ſenſa cõ prehendere,quæ in vero multis in locis obſcu riora & recondita ſunt: haud tamen vt aſſerit Celſus,nullius momenti: quippe quæ nec va
leat quidem,vel demẽs quiſpiam,vel magus ali quis explanare,vel pro arbitrio vendicãda quo cũq; traducere, quandoquidem ille duntaxat qui in Chriſto ſit ſapientiam conſequutus,eo
rum compagem & congruentiam ceperit, quæ occultius ſunt a prophetis pronũciata: ſi cum ſpiritalibus contulerit ſpiritalia, & ex ſcriptu
rarum aſſuetudine comperta in his ſingula diſ poſuerit. Nec Celſo fuerit fides preſtanda,aſſe
renti ſe vel iſtiuſmodi homines audiſſe: nõ em̃ Celſi temporibus prophetæ aliqui extitere pri
ſcorum illorum aſſimiles:nam ſi his ſimiles in poſterum extitiſſent,prophetias item & poſte
ris reliquiſſent. Perſpicuum vero mihi videtur C
Celſi mendacium eſſe:ſiquidem temporis eius vates,quos ipſe iam audiſſet,ab ſe plane conui
cti,quibus in rebus deficerent confeſſi ſunt, & vt pleraq; de ſe mentiendo affingerẽt, aliis alia applicando. Sed erãt Celſo illorum quos audiſ
ſe ſe dicit,vel nomina explicanda,vt ex nomi
num ipſorum editione quibus iudicãdi vis eſ
ſet facile innoteſceret,vera ne ipſe an falſa pro
tulerit. Putat preterea & qui ex prophetarũ di
ctis tutantur quę de Chriſto feruntur,nil poſ
ſe ad ea quę ipſe intulerit reſpondere:quando
quidem de deo proferri aliquid videatur quod

vel prauum,vel fœdius sit,vel sceleſtum: & id= circo perinde ac nil possit ad hæc responderi, de his ipis permulta sibimet cõgerit,quę in deũ cadere concesserit nemo.Sciendum tamẽ, quẽ= admodũ q pro diuinarũ arbitro literarũ duxe= rint vitam,nec dictum id ignorauerint, q̃ insi pientis scientia verba inscrutabilia: & illud Pe tri perlegerint,Parati semper ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quę in vobis est spe:non solum aliena confutando,ad hęc illave quę prędicta maioribus sunt demum se confe= runt,sed similia veri & apparentia argumenta dissoluere connituntur:& plane ostendere, nil prorsus,vel prauitatis,vel turpitudinis,vel sce= leris prophetarum dictis inesse: sed istorum va ticinia talia fieri,qualia necesse est vt ab his ca piantur,qui diuina scripta minus intelligant.

D Oportuisset enim vt quod visum in his fœ dius esset,vel forte impurum,vel sceleſtum hic esse suspicaretur,exponeret,si eiusmodi viderit in prophetis iam edita: & sane fuisset hoc pa= cto eius oratio,& ad obiurgandum potentior, & ad ea quę voluisset longe plurimum effica= cior.Nunc vero huiusmodi nihil appositit,sed perinde ac minabũdus ac peruicax ait in sacris literis quas falso coarguit,illiusmodi esse. Ad nonos igitur nominum sonitus nulla suggesse rit ratio vt idcirco respondeatur,quando diui= nis in literis demonstretur nec praui quippiã, neq; impuri,aut sceleris esse. Atqui nec infert quidem,nec patitur turpissima deus, nec vllis in malis huic ministratur,vt Celsus existimat. Non enim huiusmodi nobis prędictum est ali quid,vt prędixisse nos ipse affirmat. Oportuit enim,vt deum ostenderet prauorum ministe= rio delectari,vel facere illum,vel pati quæ tur= pissima sunt,vt prophetarum ad id confirman dum dicta produceret,& ita vt non frustra ve= lit auditores ipsos inficere.Quænã autẽ essent Christo domino toleranda, prophetæ ipsi iam pridem significarũt,& causam adiecerunt cur esset ille tã multa hic perpessurus: nec secus & deus prescisit quæ Christus esset toleraturus. Vnde ergo hui⁹ torméta inquinatissima adeo (vt Celsus affirmat) & impurissima fuerint? Sed videbitur iam edocere quemadmodum eo & fœditatis,& inquinamenti illa euaserint quę tulerit Christus,sic inquiẽs. Quid enim aliud prę ferebat cũ deus ouillis carnibus vesceretur, felq; & acetum ebiberet,nisi q̃ inquinamẽta,& stercorea quędam hic esitaret? Atqui iuxta nos deus nec ouillis vspiam vescebatur.Sed conce= datur his illũ fuisse olim vesci suetũ, videri po terat tñ vt corpus gerẽs humanum his vesci. De fellis vero & aceti p̃dictione,vt illud, Dede rũt in escã meã fel,& in siti potauerunt me ace to:etsi supra iã fecimus mentionẽ,cogimur tñ per Celsum eadem sępe repetere. Qui eñ verita tis doctrinę cõtinenter insidias molitũr,fel q= dem qđ ex innata his ipsis nequitia,& acetum qđ ex eorũdem ad peiora immutatiõe p̃dierit, dño videntur offerre,qui degustata hæc nolit ebibere. Deinde Celsus cũ eoꝝ velit credulí= tatẽ & fidẽ peruertere,& mox cõfutare q̃ pphe= tarũ de Iesu prædictiones suscipiunt,sic infert. Sed age,Si enim prophetę summũ hunc deum (ne molestius aliquid dixerim)futurũ iã p̃di= xissent,vel seruitute obstrictum iri, vel morbo, vel morte afficiendũ:nũ propterea erit necesse vti vel seruiat iste,vel moriatur, vel langueat, quia sit id olim prędictum,vt moriẽs credatur deus fuisse! At ista prophetę nunq̃ præcinerit, quippe qđ malũ sit & nefarium.Nõ itaq; siue il lud p̃dixerint,siue minus pphetæ,considerãdũ est,sed vtrũ res ipa digna sit deo & rectior.Qđ enim vel turpe fuerit,vel improbũ,vel si oẽs vt furiis agitati p̃dicere videantur, haudquaq̃ erit fide suscipiendũ.Quo igitur pacto q̃ circa hunc vt deum sunt nequiter gesta, recte facta dicẽtur! Apparet autem ex his fortius aliqd & principale ad auditores de Iesu pphetica præ= dictione persuadẽdo adinuenisse,ex altera par= te suasibile quiddam ad hanc refutandam:cum inquit, Non igitur siue illud prædixerint,siue minus,spectandũ. Erat quidem necesse,si non F ad fallẽdum huic animus inerat, sed apertiori= bus argumẽtis nostra refellere,vt dictis his cõ= futãdis insisteret,ita vt hęc statim inferret. De monstrandum igit̃ erit non ea protulisse pphe tas,nec adimpleta in Iesu fuisse,vel exitum cõ= sequuta,quæ de eo hi prædixissent,moxq; vt vi sum esset,& argumenta proferret. Sic enim for te apparuissent qualesnam essent prophetarum prędictiones per nos ad Iesum relatæ: & deniq; constitissent,quemadmodum expectationem hic nostram vt falsam ducat,vt illud comperiretur, vtrum refellat ingenue:quæ ex prophetis ipsi ad ea proferimus quæ de Iesu per nos astruun= tur, an is deprehendatur impudentius velle vim apertæ veritati inferre, perinde ac haud= quaq̃ veritas constet. Verum vbi impossibi= lia, & indecentia quædam subiecit, sic in= quit: Si enim de vniuersorum Deo hæc præ= dicuntur, ergo vbi prædicta hæc sunt,& cre= denda de Deo erunt. Et autumat sane id con firmari, vt si vel in vero prophetæ de deo ista prædixerint, fieri tamen non potuisse, vt vel toleraret, vel faceret Deus prædictionibus hisce vt fides adhiberetur. Ad hęc vero di= cendum, absurdiorem esse hanc eius con=

cessionẽ:siquidem vt simul coeant fecerit,quæ sibi inuicem aduersantur,quod sane hunc ille ĩ modum prætẽdit.Si enim nos dei veriores pphetæ,& seruire hunc semper,aut egrescere affirmem⁹,deo forsitan hæc ipsa cõtigerint. Est enim necesse,vt nil mẽtiantur summi dei prophetę.Qui enim dei fuerint veridici vates,hęc ipsa proculdubio fatebuntur: quandoquidem quę fieri natura non possint,nec veri in se habere quippiam constet,haudquaq̃ deo acciderint,quæ prophetæ isti p̃dixerant.Quandocũq; enim duo connexa in ea desierint q̃ sibi ad inuicem aduersantur,tollitur in vtrisq; connexis qđ inerat principale.Qđ vtiq; licet & in hisce spectari,in quibus prophetę iuxta Celsum prędicerent summum deum vel seruitute obstringi,vel vt ægrotet futurum,vel moriatur.Vnde illud colligitur, haudquaq̃ prædixisse prophetas summum deum vel seruitutem subiturum quandoq;,vel morbo afficiendum,vel mortem deniq; obiturum. Quin & illud sic subditur. Si enim primum aliquid fuerit,& secũdũ futurum est aliquid.Sic contra, si primũ non aliqd fuerit,nec secundũ futurũ est quippiã:ergo nil dabit qđ primũ sit in eadem materia.Sic illud & Stoici proferũt. Si enim nosti fuisse te mortuum,illud mox sequit:nõ ergo nosti te mortem obiisse.Quę vero connexa sunt hũc illi in modũ disponunt:Nosti q; mortuus sis,est sane qđ nosti.Et rursum:si nosti q; nõdum mortem obieris, & est illud quod nosti,vtiq; haudquaq̃ mortuus es.Postq̃ aũt qui mortuus est,se mortuũ nouit,liquet sane si nosti q; mortuus sis,te non mortuum esse.Fit itaq; vt ante dixi, vt cõnexa hæc vtraq; illud mox subsequatur, nõ ergo nosti q; mortuus sis. Sic item & illud se habet qđ Celsus intulerat per nos explicatũ. Non tamen hæc quæ ita suscepimus,prophetiis quę de Iesu habentur similia fuerint. Non eñ apertius hæ prædixerunt futurum vt deus crucí affigeretur:quippe quę de eo qui mortem esset in se susceptурus,ista prędixerint:Sed speciem eius sine honore,præter filios hominum, homo in plaga constitutus & dolore,& sciens ferre infirmitatem.Aduerte autem vt aperte hominẽ dixerint,qui sit humana perpessus: & id Iesus vt optime callẽs quia homo esset quod morereť, qui sibi moliti insidias essent,hunc in modũ affatur.Nunc quæritis me interficere,hominem qui veritatem loquutus sum vobis quã audiui a deo. Si quid autem in homine inerat diuinitatis secundum se cognito, quę vtiq; vnigenitus dei erat, & omnis primogenitus creturæ, qui dicit, Ego sum vetitas, & ego sum vita, & ego sum porta, & ego sum via, & ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: de hac ipsa deq; eius substantia aliter est q̃ de homine secundum Iesum iam cognito differendum. Quocirca neq; q̃ simpliciores admodũ fuerint Christiani homines, vel plane inerudíti, & disciplinarum expertes, quibus res perspicacius conquirantur, veritatem dixerint morte affectam, vel vitam,vel viam,vel panem viuum celitus descendentem, vel ipsam resurrectionem mortem obiisse: siquidem resurrectionẽ se esse affirmat, qui in apparente secũdum Iesum homine illud docuerit, Ego sum resurrectio. Sed nemo nostrum tã desipit, vt vitam inqat morte sublatã,vel resurrectionem ipsam,demortuã: succederet enim hoc pacto qđ Celsus concesserat, si prophetas prędixisse nos fateremur deũ moriturum quandoq;, qui verbum sit, siue veritatem,siue & vitam,siue resurrectionẽ ipsam, siue aliud quippiam quod esse se filius dei profiteretur.Sed est in eo duntaxat veridicus Celsus quod ita intulerat, Non enim id prophetæ prędicerent, quippe qđ prauũ est & nefarium. Quid sit autem illud si quęras, nimirum vt obstringatur seruitute deus, vel mortem vt obeat quandoq; futurum. Dignũ autem deo fuerat, quod est a prophetis prędictũ,vt diuinę naturæ splendor, & quædam figura, in sacra Iesu anima illa humanum in corpus admissa,ad vitam simul propterea aduentaret, vt doctrinam dissemínaret deo conciliantem, qui eius animo illam complecteretur, excoleretq;, & vtcũ q; liceret exequeretur.Et q̃is deus ipse & verbum corpore humano & anima in mũdo esset tunc affuturus, haud tamẽ intercludebat hoc corpore splendor ille hoc pacto, vt non & alibi esse asseueretur, id est verbum ipsum qđ splendoris id prębeat. Quæ igitur circa deũ sunt gesta, quia diuinitus facta fuisse innotuerunt: sanctiora proculdubio sunt, nec plane impugnant qđ de diuinitate sentitur.Quia vero homo is erat homine quocunq; ornatior, ob eius summam cũ verbi per se constantis participationem, tum per se sapientiæ, tulit vt sapiens atq; perfectus,quę vt ferret erat necesse,qui humani generis gratia omnia factitaret. Et sane nihil absurdum,hominem fuisse morte affectũ, & eius mortem non solum fuisse in exemplum expositã,vt pro optimo cultu & pietate sit moriẽdũ: sed vt initiũ fieret,& plane profectus q̃dam ad diabolum nequiorẽ illum & improbũ deperdendum,qui terram omnẽ depasceretur. Cuius perditionis hi sunt argumento, q vbiq; terrarũ dæmones istos defugiunt, qui se antea occupassent:& vt ab istorũ seruitute se vindicent,deo se totos addicunt:vt quoad eis licue-

rit,puriori in dies erga hũc ſeſe exhibeãt pieta
D te. Infert deinde huiuſmodi Celſus. Sed illd̃
haudquaq̃ iterato recordabuntur, q̃ vbi dei q̃
Iudæorũ ſit, prędixerunt prophetę Ieſum ipſũ
filium fore:quemadmodum & is tulerit de⁹ per
Moyſen leges, vt opibus & potentia abũdarẽt
Iudęi & omnes replerent terras,& ad vnum ho
ſtes internicione occiderent: quod vtiq̃ Iudęis
ſpectantibus (vt Moyſes inquit)patrarit:& ad
hæc ſi minus paruerint, facturum ſe commine
tur vt paſſim hoſtilia patiãtur. At fili⁹ eius Na
zarẽus homo contrarias cõſtituerit leges, nul
lum ei affirmans ad patrem iter patere, qui vel
diuitiis affluat, vel appetat principatum,vel ſa
pientiam ſibi aut gloriam vendicet:de cibo ve
ro & pœnu non aliam eſſe curã habẽdam,ac cor
nices habeãt:indumentoq̃ inſup longe minorẽ
q̃ lilia: eiq̃ qui ſemel percuſſerit,rurſum vt per
cutiat, ſeſe permittat iniungit. Vter iſtorum
Moyſes ne an Ieſus mentitur? An qui hunc mi
ſerit pater, oblit⁹ eſt quemadmodum ſit Moyſẽ
ipſum affatus? An propriis forte legibus ĩpro
batis pœnitentia ducitur,& nunciũ ad aduer
ſarios mittit? Sed in his Celſus q̃ cuncta noſſe
ſe iactat, re quidem omnino afficitur, qua nec
imperitiſſimus quiſpiam in ſcriptura decernen
dis ſententiis afficeretur: cum in lege & pro
phetis nil dictum eſſe his profundius putet, q̃
iuxta literam exprimuntur: cum plane ignoret
non perſpicue adeo Ieſum verbum recte viuẽti
bus corporales diuitias promiſiſſe,cũ oſtendã
tur vel qui iuſtitia claruiſſent, in ſumma pau
pertate vitam duxiſſe. Prophetę igitur & quia
vitam egerint puriorem,ſpiritus ſãcti capacio
res effecti,circũierunt in melotis,in pellibus ca
prinis,egentes,afflicti,in ſolitudinib⁹ errantes,
& montib⁹,& ſpæluncis,in foraminibus terræ.
Multæ .n. ſunt iuxta Dauid tribulationes iu
E ſtorum. Q̃ ſi Celſus Moyſen perlegiſſet, par
vtiq̃ foret vt dictum illd̃ ad eũ habitũ qui le
gem ſeruaret,Qui cõmodat gentibus multis,
tu aũt nõ cõmodaberis: tale eſſe exiſtimaret,vt
ex promiſſione iuſto id diceretur, eo ſcilicet
magnitudinis ꝓgreſſas eſſe cæcas diuitias,vt ꝓ
ingenti pecuniarũ copia,non ſolum Iudęis iu
ſtus aliquis cõmodaret,ſed aliis multis,ne vni
cuiq̃ vel alteri dixerim nationi. Quãtum ergo
pecuniarum in iuſtitię præmium ex lege acce
perit iuſtus,gentibus multis vt cõmodet? Fue
rit autẽ ſententiæ huic conſentaneum,vt quis
animo capiat,nunq̃ qui iuſtior ſit alicunde ali
quid mutuari:quãdoquidem id literis prodi
tur,Tu aũt nõ commodaberis. Ea gens igitur
in diuino iuxta Moyſen cultu tam multos an
nos permanſit,cũ alioquin iuxta Celſum aper
te ſpectaret qui legem cõdiderat mentientem.
Nõ enim quis legitur eo vnq̃ diuitiarum pro
uectus,vt multis gentibus commodaret. Haud
tamẽ credibile eſt, vt qui in interpretãda lege,
vt Celſo videtur,ita fuiſſent inſtructi, & legis
promiſſiones liquido falſas eſſe viderẽt: vt pro
lege tutanda tantopere decertarent. Q̃ ſi pra
uiora populi olim facinora literis commenda
ta in argumentũ ille produxerit,quemadmodũ
legem ii contempſiſſent,& forte idcirco q̃ illã
damnauerint,perinde ac quæ diceret mentire
tur,erit ei ſic reſpondendum. Sunt ſane & tem
pora ipſa neceſſario perlegẽda,quibus populus
vniuerſus deſcribitur vbi in dei conſpectu ne
quiora patraſſet,ad meliora hunc & diuinum
ex lege cultum poſtmodum diuertiſſe. Quin
etiam etſi lex ipſa imperium iſtis pollicebatur,
Dominaberis, inquiens, in gentes multas, ti
bi vero dominabitur nemo, & nihil p hæc pro
fundius ſignificetur: liquido patet, quemad
modum longe aliter ac ſe habeant,populus iſte
legis promiſſiones interpretet. Corrupte etiã F
profert dictiones nonnullas Celſus, & praue in
eis ſententiam capit, quę plane demonſtrant
terras omnes per Hebraicum ſemen repletum
iri: quod ſane quo ad hiſtoriam ipſã,denunci
ante (vt ita dixerim) deo effectum eſt, & poſt
Ieſu aduentũ, in quo benedictionem ille nobis
eſt impertitus. Ad illud vero,q̃ in promiſſione
Iudæis fuerit denunciatum vt hoſtes occide
rent, dicendũ: q̃ ſi quis enumerando diligẽti⁹
colligat in iis quæ traduntur, & accuratius ea
aduertat, comperturus eſt plane fieri non poſſe
vt vita accipiantur, quemadmodum Celſus p̃
dixerat: ſed ſat in preſentia fuerit ex pſalmis
producere, quo pacto iuſtus loquens introdu
catur, vbi poſt alia pleraq̃ illud ſic inquiat: In
matutino interficiebam omnes peccatores ter
rę, vt diſperderem de ciuitate domini omnes
operantes iniquitatem. Attẽde id dictũ, & dicẽ
tis affectum, & vtrum potuerit res optime ge
ſtas prius is explicare, q̃ volenti cuiq̃ legere ex
poſitę ſunt: deinde inducere quod poterat dici,
vti interdiu non alio tempore niſi matutino
terrę peccatores ita diſperderet vt iſtorum ne
vnum quidem ſuperſtitem reliquum faceret,vt
q̃ ex Hieruſalem vniuerſos hic homines ſuſtu
liſſe quæ praua eſſent facinora opati: q̃ multa G
huiuſmodi in lege compereris. Subiũgit Cel
ſus & illis fuiſſe prędictum vt legi minus obtẽ
perãtib⁹,eadem ſe illa paſſuros q̃bus & hoſtes
iam affeciſſent: & priuſq̃ aliq̃d iis iſte adiece
rit, deſumet forte & quę putat ex Chriſti do
ctrina legi eſſe cõtraria: verum de his q̃ Celſus
p̃dixit ſic differem⁹. Enimuero legem ipſi du

plícem eſſe fatemur, alteram quę dícto conſtet, alteram quę ſenſu & intellectu, vt maiores noſtrí prodíderunt nonnullí. Et ea quídem quę dícto cõſtãt, non per nos tm̃, ſed per quẽpiam etíam ex prophetís deo loquẽte dicta eſt iuſtificatio eſſe non recta, & mãdata non bona: quę vero mẽte conſtat, & intellectu, iuxta eundem íllũ prophetã ex dei perſona, & iuſtificatio eſſe bona aſſeritur, & rectiora mandata pręferre. Non em̃ aperte contraría eadem in re propheta protulerit: in qua ſubſequenter & Paulus líteram quídem díxit occídere: qđ vtiq; legem quę dícto cõſtat, exęquat: ſpíritum vero viuíficare, qđ in eodem eſt captu atq; ſententía qua & lex ipſa, quã ſenſu conſtare & intellectu iam díximus. A Licet itaq; p aliquid his apud Paulũ inuenire, quę ſecũdum prophetam contraría eſſe exiſtímantur. Nam vt alíbí Ezechiel inquit, Et ego dedí eís pręcepta non bona, & iudícia in quíbus non víuent, ſiue huiuſmodí alía: ita & Paulus, vbí legís líbet líteram carpere inquit. Qz ſi miníſtratío mortís líterís deformata in lapídibus fuit in gloría, ita vt non poſſent intendere fílíí Iſrael in faciem Moyſi propter gloriã vultus eius q̃ euacuatur: quomodo nõ magís miníſtratío ſpíritus erit in gloría? Vbí vero legem demíratur, & ſuſcípit, ſpíritalem hãc dícit ſic inquiens: Scímus autem q; lex ſpíritalís eſt, & in hoc qdem admittit q; lex ſanctior ſit, & iuſtum pręceptũ, & bonũ. Sic igitur legis B dictío iuſtís díuítías pollícetur. Celſus quidẽ iuxta occídentem líteram cæcas díuítías putet in promíſſione ílla denunciarí: nos vero cõtra eum dixerímus, q perſpícacíus contemplemur, vtí in omní verbo díteſcat, & omní ſcientía: & eos commonefacímus q in preſentí hoc ſeculo díuítíís affluunt, ſublíme ne ſapíant, nec ſupercílío efferantur, nec in íncerto díuítíarũ ſpem ponant: ſed in deo víuo, quí preſtat nobís oía abũde ad fruẽdũ. Nec ſecus & bene agere, díuites fierí in operíbus bonís, facile cõmunicare, hortamur. Siqdem in verís díuítíís opulẽtía humanam anímam pro Salomonís ſẽtentía redímit: huic vero contraría paupertas exítíalís eſt, per quam pauper calumníam patitur. Haud ſecus ac fuit de díuítíís explicatum, de earum vi & robore dicendũ eſt: ex his nanq; iuſtus aliqs vnus mílle aſſerítur perſeq, & duo mília, decem fugare. Qz ſi hæc vel in his q̃ ad díuítías attínent ſic capíuntur, aduerte vt & cõſentaneũ & ſubſequẽs ſit díuinę promíſſioní: vt qui in omní verbo & ſcientía abundauerít, & ſapientía quauís, & omní in opere bono afluxerit, ex hiſce díuítíís impertíatur & cõmodet quę ſecundum verbi doctrinã ſapientiamq; & ſcientiã conſtent, gentíbus multís: vt Paul⁹ commodauit, q ab Hieruſalem aduſq; Illyricũ gentíbus prędícando, Chriſtí euãgelíũ adímpleuit. Sed qm̃ per reuelatíonem díuína íllí C ínnotuerũt, vt cuius anima ex verbí eſſet díuínítate íllúſtríor reddíta, & plane íllúmínata: ídcirco non ipſe alíũde mutuabatur: nec erat neceſſe vt mortalís quíſpíam verba ſibí ſubmíníſtraret. Sic item & iuxta íllud qđ ſcríptũ eſt, Dominaberís natíonibus plurimís, & tuí nemo dominabitur: ex verbí potentía Paulus Chriſtí Ieſu ſubíiciens diſciplinæ q ex gentíb⁹ eſſent: & in hoc plane dominabat, vt qui nuſq̃ ſeſe hominíb⁹ ſubiecíſſet, vt ſe potioríbus: ſic em̃ & terrã implebat. Qz ſi quẽadmodũ iuſt⁹ occídat ſit explícandũ, & huius robur ad oía valeat, dicẽdum q; q in matutíno inqt peccatores terrę omnes interficiebam vt deſpderem de cíuítate domíní oẽs operantes íníquítatem: terrã quídem tropice carnẽ expreſſit, cuius ſapiẽtía ínímícítía eſt apud deũ: dei vero cíuítatẽ ſuí met anímam díxit, in qua templũ inerat dei, cũ optíme de deo ſentíret, qđ vtiq; obſtupeſcerent vníuerſi q íd demum contẽplarẽtur. Símul ígít & ſolís iuſtitię affulgentíbus radíís, D vt ex his validíor reddítus & cõfirmatus oẽm carnís fuſtulerat ſapiẽtíã, quę vtiq; terrę peccatores pferret, & ídentidẽ díceret, Díſperdet ínícatís oẽs operatores, cogitatíones videlícet & adínuentíones veritatí ínfenſas: ſic itẽ & iuſtí ex hoſtíbus & vítíís pdeũtẽ capturam, hoc eſt quos víuos ceperínt, omnes deperdẽt, vt ne ínfans quídem, íd eſt recẽs obortũ alíqđ malũ, relíquũ fíat. Nos vero e pſalmo quodam ſic íllud accepímus, Fílía Babylonís míſera, beatus qui retríbuet tíbí retributíonem tuã quã retríbuíſtí nobís: beatus q tenebít & allídet paruulos ſuos ad petram. Paruulí em̃ Babylonís, quę cõfuſío interpretatur, nupenatí, & pullulantes in anima, ſunt cogítatus qdã confuſíores, a vítíís prodeuntes: quos qui íta tenuerít atq; peruicerít, vt díuínę doctrínæ fírmítate ipſoꝝ capita cõterat, profecto petrę íllíſurus eſt Babyloníæ paruulos, vt inde beatíor demum euadat. Sine vllo ítaq; ætatís díſcrímíne, & ad vnũ oía quæ vítíorũ & nequítię ſunt, díſperdenda ínjunxerít de⁹: quippe qui níhíl nos doceat qđ his aduerſetur, quę Ieſus denunciarít. Iudæís ínſuper vel ſcientibus ipſis, vel neſcíís, cum ínímícorũ tum vítíorum ex ipſa prodeuntíum prauítate, ínternícionem hic fecerít. Nec ſecus & eos q legí minus paruerínt, nec eius verbo, hoſtíum loco eſt habiturus: quãdoquídem vítíís díſtẽti & impínguatí, ea perpeſſi ſint, quæ patí parfuerít, quí a dei verbís deſcíuerínt. At alioquí

ex his vtiq; liquet, vt Iesus Nazarenus homo haudquaq; aduersus ea quippiam sanxerit, quę de diuitiis,& ob has ipsas intumescentibus tradidisset, quemadmodū difficile sit diuitem cęleste regnū ingredi posse: siue quis diuitē simpliciter capiat qui diuitiis distrahatur,& harū perinde sentibus impediatur, quo minus verbi referat fructus:siue qui sit falsis dogmatibus opulent⁹, de quo in Parabolis scribitur, Melior est pauper iustus,q̄ diues mendax.Sed par vtiq; esset, vt ex eo qđ in Euangelio traditur, Qui vult esse inter vos primus, omniū sit minister: &,principes gētiū dominantur eorū,& q potestatem habēt in eis benefici vocantur: id cęperit Celsus cur principatus prohibeat appetētiā Iesus:qđ vtiq; eius dicti nil fuerit absimile, Dominaberis tu nationibus plurimis, tui dñabit nemo:& p̄cipue earū rerū de causa, quas alias sup his explicauimus. Adiecit p̄terea Celsus nonnulla,existimās Iesum edocuisse,patrē suū non esse per sapiētem quempiā adeundū. Sed quanā hūc dixerit sapentia sapiētē? Si mūdi, q̄ effertur & apud deū stultitia est:haud dubie & nos affirmabimus per eā non posse patrē adiri. At si iuxta Iesum sapientē quis intellexerit,quā doquidem Iesus dei cum virtus,tū sapiētia sit, nō modo sapiēti hoc pacto liberū patere ad patrem accessum dixerimus,sed ab his etiam qui non huiusmodi sint,magno interuallo differre q eo sit munere prędītus qđ verbū sapientię nū cupatur,& p spiritum traditur. Quinetiam & gloriā esse apud hoīes vēdicandā quoq; pacto humanā,non mō Iesu doctrina dicimus prohiberi,sed & veteribus scriptis: siqdem propheta qdam si obnoxius pęccatis fuerit pro ingenti i qat malo humanā sibi contingere laudē:& hāc detestando sic ait, Dñe deus meus si feci illud, si est iniquitas in manibus meis: si reddidi retribuentibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis inanis. Persequat inimic⁹ animam meam,& cōp̄hēdat,& conculcet in terra vitam, & gloriā meā in puluerē deducat. Et Euāgelii illē,Nolite cogitare quid manducetis,aut qd bibatis: vidēte volatilia celi, qm̄ non serunt nec metunt,& pater vester cęlestis pascit illa, quanto magis vos plures estis illis! Et de vestimento quid sollicīti estis! considerate lilia agri, & huiusmodi cætera, quę legis benedictionibus contraria sunt, illud nos instruentibus,iustum comedēdo impleri: nec secus & Salomonis his dictis, Iustus manducans animā implet,animę vero impiorum egenę.Est autem animæ cib⁹ is contemplandus,qui ex legis benedictione prę-fertur, quo non compositus homo,sed anima dūtaxat ipa expletur.Ex Euāgelio aūt vel profundius quippiam intelligi datur,vel forte simplicius,q̄ nequaq̄ debeat animus,vel ciborum, vel vestiū curis alienari & distrahi,sed in vilioribus quibusdam exercito persuasum habere a deo sibi quandoq; puisum iri,si modo is ea solum curauerit,quæ ad vitæ fecerint necessitatem. Celsus itaq; neq; ea pducens quę ex lege sunt visa dictis euangelicis aduersari, & illud sic intulit.Qui em̄ semel iā vapulauerit, iterato vt vapulet sese oblaturus est. Nos vero eius dicti fatebimur Christianos eē nō nescios,oculū pro oculo,& dētē pro dēte a maiorib⁹ tradi: & hæc Iesu dicta quæ mox insequentur legisse, Si quis autē te percusserit in dexterā maxillam tuā,prębe ei & alterā.Celsus vero vbi (vt arbitror) ex eorum distinctione offusus,qui iuxta Euāgelium ipsum,diuinitatem ab ea diuinitate disiungūt quę iuxta legem videtur cōstare, hæc protulit:eius dictis sic duxerim respondēdum:vel illud optime vetus testamentum percalluisse,q; si quis in dexterā te maxillā percusserit,vt alteram porrigas.Siquidē in Hieremiæ lamentationibus scribitur, Bonum est viro cū portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitari⁹,& tacebit:quia leuauit super se. Ponet in puluere os suum,si forte est spes,dabit percutienti se maxillā,saturabitur opprobriis.Nō,n. dei euangelium legi (vt ille inquit) obstiterit, nec in eo quidē quod de capitis traditur percussione.Et sane neuter horum mentitur, nec Moyses inquā,nec Iesus: nec p̄terea pater ipse qui Iesum legauerit,oblit⁹ est qualia Moysi demandasset, nec veluti suis legibus improbatis facti eum pœnituit,vel nunciū ad aduersarios mittit.Q; si vel pauca sint de vitæ diuersitate dicenda,quam & Iudęi secūdum Moysi legem tunc ducerent,& quā vellent Christiani iuxta Iesu doctrinā rectius agere:dicturi profecto sumus,nec consentaneum gentiū vocationi fuisse vt ex Moysi lege,& exteriorem ad literam viuerent,quandoquidem sub Romanorum imperio essent:nec fieri poterat,vt & Iudæi incorruptibilem illum haberent viuendi statum quem olim habuerant:si (vt ita dixerim) vitę quę ex euāgelio constat,obtēperassent. Siquidē hostiū internicionē illā,& eoꝝ pernicię qui vel legem transgrederentur,vel alias vtcūq; & merito essent morti adiudicati,quę vtiq; aut igne esset ex Mosaica lege,aut lapidibus exequenda,Christiani exercere pro Euangelicis institutis minime potuissent: quando neq; id quidem Iudæis ipsis,si forsitan libuisset,ex lege sua facere in posterum licuisset.Rursum vero si a Iudæis proprium illū vitę statū sustuleris,cū & illis fas esset ad hostes egredi,& pro patriis reb⁹ tutādis

militiam exercere: & vtcunq; e medio tollere adulteros ipsos, & homicidas, siue q huiusmodi facinus commisissent, excruciare: nil tandē restaret, nisi vt fundítus omnes in vnum congesti, simul depderent: quandoqdem se inuadē tibus hostib⁹ pinde ac eneruatos, & sua ex lege imbecilliores iam redditos: pmissum haud quaq; fuisset diuinę puidentię interdicto q olim legem tulisset, illatas ab hoste vt iniurias vindicarent, nec Christi Iesu euangelio de cętero pmittente Iudęorū vt respublica supesset. Vn de istoq; & sublata ciuitas est, & templum euersum, & diuinus insuper cultus q eo in templo sacrificiis pagebat, iam pnit⁹ obsoleuit. Et quē admodum hæc ne in posterum fierēt diuina p uidētia pro arbitrio sustulit: ita & Christianorū res auxit, & abunde in dies accumulat, qn & fidutiā iis apertiorē iniecit, tametsi pmultis Iesu doctrina videatur impedimentis intercipi ne per terrarū orbem dissemineť. Sed cum de⁹ is esset cui placeret vt ex Iesu hac disciplina vel ex gentibus multū proficerent: sublatum est omne initum in Christianos consilium, ita vt quo plurimum reges ipsi & principes eos deprimerent, eo magis & multiplicarētur, & inualescerēt. Post hęc Celsus pq̄multis explicans quę ipsi nusq̄ protulimus: perinde tamen ac ea nos protulerimus introducit: quemadmodum sicet corporeus natura sit deus, & corpus sit sortitus humanum: & ea nititur cōfutare, quę per nos non vspiam producitur. Sed erit sane supuacaneū, vt cuiusmodi ea sint, vel quibus hæc refutet his argumentis, nūc explicemus. Si em̄ de deo ea nos fateremur quę & fateri nos ille affirmat, & affirmando insistit: essent profecto huius nobis & dicta necessario depromenda, & nostra deinceps constituenda, & dissoluenda q ille obiiceret, & an pro se facerent explicādum quę vel a nemine audiuit, vel si audisse forsitan concedať, a simplicioribus tamen quibusdā accepit, & in fide nil obfirmatis, vel Iesu ignorantibus volūtatem. Verūtn̄ haud quaq̄ erūt per nos conquirenda quæ minus sunt necessaria: quandoquidem sacrę literæ deum apertius incorporeum dicunt: & idcirco hunc neminē vnq̄ vidisse. Quin & imago is dicitur inuisibilis dei vt corporei, qui omnis sit primogenitus creaturę. De deo autem superius disserēdo mediocriter quędam cōplexi sumus, cum illud conquiremus, quo pacto deus vt spiritus esset intelligendus. & qui hunc adorarent, in spiritu & veritate vt adorent necesse sit. In his pterea quę de deo hic intulit nostra carpendo, interrogat quonam abituri tādem nos simus, quidue habeamus & speⁱ? & perinde nobis ad hęc respondentibus, voces subiungit huiusmodi. Ad terram aliam hac potiorem abituri aliquādo nos sumus, & ad id qdem sic inquit, Memorię proditum est a priscis illis, & diuinis hominibus, vitam fore feliciorem felicibus animis. Nam hi quidem ad insulas beatorū: illi vero ad Elysios campos sunt pfecturi: & vt inqt Homerus, Te aūt ad Elysium cāpū & terrarū fines immortales dimissuri sunt dii, vbi vita perfacilis futura est. Plato vero immortalē esse animam ducens, eū ad quē illa locum transmittitur, terrā aptius nūcupauit, pmagnū aliquid esse id ingens, q̄ a Phaside ad Herculis vsq̄ colūnas perexiguā mundi partem nos incolam⁹, nec secus ac circa palustria loca formicę, vel rane circa maritima, siue vtcūq̄ huiusmodi alias regiones inhabitant animātes. Esse nanq̄ vbi q̄ ferunt cōcauitates pleraq̄ & varias tā ideis q̄ magnitudine, in eaq̄ & aquā & caligině cō fluxisse & aerem: ipsam vero terram vt puram ita & puriori cęlo succumbere. Putat autē nos Celsus quę de terra alia quadam potiore, & ab hac longe diuersa asserimus, ab his excepisse, quos ipse & diuinos quosdam, & priscos duxerit viros, & a Platone pcipue, qui in Phędone de pura hac terra, vt cęlo puriori succumbat, sit tandem philosophatus: cū nil interea videat, quemadmodum Moyses, qui vel Greęcarū tē pora literarū lōge plurimum ætate pcessit, deū induxerit terrā quādam & sanctiorem, & optimā, lateq̄ patētē, lacte itē ac melle fluētē et vberem, his pollicerí qui pro eius lege duxerint vitam: nō vt qdā existimāt optimā dixit inferiorē Iudęā, q̄ in terris hisce sit sita, & inter cætera Adam opa a principio pręuaricātis, diuino sit maledicto affecta. Illud nāq̄, Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea omnib⁹ diebus vitę tuę: de quauis terra cōstat esse pnūciatū: vel in laboribus dixeris humanum genus esurū, quia simul cū Adam & moritur, & cūctis vitę suę diebus sic vescit, & terra oīs vt detestabilis reddita illi, & sentes, & tribulos germinādo sit allatura, qui quoad vixerit in Adam fuerit e paradiso eiectus, ita vt in sui vultus sudore quiuis hominū panę suo tādiu vescatur, quo ad demū reuertatur in terrā, de qua sit ipse desumptus. Sed lōgiorē pfecto orationē exigerēt, quę dici hoc loco possent, ad ea q̄ diximus clarius explicāda: paucis tamē erimus impræsentiarum cōtēti, cū in animo sit eos sollicitudine liberare, qui putent de terra Iudæa hęc dici, quę de optima terra feruntur, quam deus iustis polliceať. Si igit̄ terra omnis in Adam sit maledictione affecta, liquet sane huius & terrę partes maledictionis esse huiusce particípes, quas

inter & Iudęa connumeratur. Fit itaq; vt ne-
queat terrę huic conuenire qđ legitur, In terrã
bonam, et late patentẽ, lacte melleq; fluentẽ: tam
etsi symbolice vmbra quędam cum Iudæa, tum
Hierusalem esse arguitur terræ purioris illius,
& puro subiectę cælo, & optimę, & late patẽtis:
in qua & Hierusalem inest illa cælestis: de qua
Apostolus disserens, perinde ac cum Christo si-
mul hęc resurrexerit, & superna illa conquirens,
montem sit nacta a Iudaica fabula minime de-
pendentẽ: sic inquit, Sed accessistis ad Sion mõ
tem, & ciuitatẽ dei viuentis Hierusalem cæle-
stem, & multorum milliũ angelorũ frequẽtiam.
Vt autem sibi persuadeat quisq;, nihil nos prę-
ter spiritus volũtatem de terra hac apud Moy-
sen & bona & multa disseruisse: intendat pphe
tis animum, edocẽtibus omnes in Hierusalem
aliqñ tandem redituros, qui ex ea vel aberrarit,
vel sorte exciderint: & vti eũ in locum sint re-
stituti, qui dei ciuitas apud tradentem huiusmodi nuncupetur, In pace sancta locus eius. &
illud pterea differentẽ, Magnus dñs & laudabi
D lis nimis: in ciuitate dei nostri, in monte sancto
eius fundatur exultatiõe vniuersæ terræ. Sed
sat in præsentia fuerit, quod in alio psalmo de
terra iustorũ sic tradit produxisse. Sustinentes
aũt dñm ipsi hæreditabũt terrã. Et paulo post,
Humiles aũt hęreditabunt terram. Et alibi, Iu-
sti hęreditabunt terram, & habitabunt in secu
lũ seculi super eã. Aduerte aũt ex eo q̃ purior
terra puriore insideat cælo, iis plane denuncia-
ri qui ea q̃ in eodem psalmo dicũtur percipere
quiuerint. Sustine dñm, & custodi vias eius, &
exaltabit te, vt hęreditate capias terram. Nobis
vero videtur, quæ de lapidibus hisce qui præ-
ciosi apud mortales habentur, Plato disseruit,
ab his hũc accepisse, qui i Esaia cũ de ciuitate
dei fit mẽtio, sic describuntur, Ponã propugna
cula tua iaspidem, & lapides tuos lapides cry-
stallí, & circuitum tuum lapides electos. Et rur
sum, Ponã fundamẽta tua Saphyrũ. Apud Pla-
tonem vero qui fabulam allegorice interpretã
tur, & elegantius videtur philosophi dicta ex-
cipere, huiusmodi narrãt. Prophetias vero a q-
bus Platonem accepisse illa nos arbitramur, q
haud secus ac prophetæ, & diuinitus vixerint,
& omne tempus sacris literis scrutandis addi-
xerint, illis aperuerunt qui & vitæ integritate,
& studio perdiscendi q̃ dei sunt, aptiores sunt
visi. Nobis vero propositũ erat ostendere, q̃ de
sanctiore hac terra iam constant, haudquaq̃ a
Platone nos desumpsisse, sed Platonẽ ipsum, &
tũc temporis hoĩes, vt plane posteriores, nõ so-
lum a Moyse antiquissimo illo, sed a prophetis
aliis plerisq;, & subsequentibus accepisse, q hu-

iusmodi prætulisset, siue his demõstrãtib⁹ hæc
audissent, siue sacras literas perlegendo didice-
rint: ita vt de terra hac potiore dũ scriberẽt, rẽ
seriam deprauarint. Aggæus enim propheta E
ille aperti⁹ patefacit aliud quidem aridam esse,
aliud terrã pferre: aridã nuncupans in qua ipsi
cõsistimus. Sic em̃ inquit, Adhuc semel, & ego
cõcutiã cęlum, & terrã, & aridã, & mare. Quẽ-
admodũ igitur Phædonẽ Celsus, apud Platonẽ
impositam fabulam introducit narrãtẽ huiusmodi: sic em̃ Plato, Quid autẽ ex his ille prætẽ
dat, haud cuiq; facile est cognitu: nisi ei forte q
& itelligere queat quidnam sit illud quod ait,
prę imbecillitate & tarditate nil posse ad aeris
postrema peruadere: & si natura ipsa sufficiens
sit cogitatione complecti, vbi ad cõtemplatio-
nem intẽderit animũ, intelliget & verũ esse id
cælum, & verã lucẽ: Ita & ipsi quę de sanctiori
terra & optima, quæve de ciuitate dei in terra
illa iã cõstituta tradunt, qa haudquaq̃ esse præ
sentis operis arbitramur, in prophetarũ exposi
tionem distulimus: tametsi in partẽ (vt licuit)
de ciuitate hac dei in Psalmorũ expositione iã
disseruimus. Et sane prisci illi Moyses & pphe
tę, in suis institutionibus nomina q̃dã simillima esse affirmãt, superiora illa cũ inferioribus
hisce sortita: cum verã lucẽ dicunt & cęlum, &
id aliud esse q̃ firmamẽtum: & iustitię solẽ aliũ
q̃ sit sol iste sensibilis, & ad sensibilium deniq;
differẽtiã, quorũ nihil sit verius. Deus inquiũt
vera sunt opera tua: cũ in aliis quidẽ dei opera
statuant, in aliis & inferioribus quę opera ma-
nuum ipsius dicantur. Vnde per Esaiam quos-
dã deus ipse coarguens, inquit, Opera dñi non
respiciũt, & opera manuũ ipsius nõ intelligunt.
Sed de his hactenus. De resurrectione autẽ F
cum admodũ multa essent dicẽda, & interpre-
tatu lõge plurimum difficilia, ita vt nõ minus
q̃ aliud quoduis dogma præcellens sapientem
hęc quẽpiam exigat, vt dei & pręferat dignita-
tem, & dogmatis magnitudinẽ edocentis quẽ-
admodum seminis habẽda sit ratio: quod vtiq;
diuinis in literis animæ tabernaculum vocita
tur: in quo qui iusti sunt grauati ingemiscũt,
q̃ nolunt expoliari, sed superuestiri. Quod sane
cum nesciat Celsus a rudioribus quibusdam &
nulla ratione id affirmantibus se accepisse, id
dictum irridet. Sed optimum fuerit, vel ad ea
quæ superius hac ipsa de re disseruimus, & id
solum significasse, quemadmodũ non ex animę
vario quodam e corporibus ad alia corpora
demigratu (vt Celsus existimat) perinde ac nõ
recte acceptũ resurrectionis mysteriũ nos con-
firmemus, cũ aliter longe se habeat res: quippe
qui suapte natura incorpoream, & inuisibilem

UNIVERSIDAD DE MURCIA

animã norimus,vbicunq; & corporali in loco cõstiterit,corpore indigere,quod eius loci naturæ conueniat:nec secus id corpus cum gesserit,vt exuat necessarium fore:superuacuum tamen vt ad secunda corpora transeat. Cum autem aliud ei superinduerit corpori quod prius habuerat:& meliore indiget indumento vt in purioribus illis æthereisq; & cælestibus locis permaneat. Vbi vero ad humanam hãc anima hæc ipsa genituræ aduenerit,quoaduscq; gestãtis fœminæ in secundina permanserit,deposito carneo illo & vili velamento mox eo induitur quod super terram victurę necessarium fuerit.

A Deinceps cũ cõstet domus tabernaculũ terrestre aliquod esse,quę tabernaculo ipsi sit necessaria:idcirco destrui sacræ literæ asserunt terrestrem hãc tabernaculi domum: tabernaculum vero domũ non manufactã æternã in cælis induere,& corruptibile incorruptionem quæ ab incorrupto differat plurimum,& immortalitatem mortale qđ a mortali sit alienũ. Quemadmodum enim ad sapientẽ se sapientia habet,& ad iustum iustitia,& pax ad pacificum:sic item se habet ad incorruptionem corruptio, & ad mortale,qđ sit immortale. Aduerte autẽ quam rerũ ad magnitudinem diuina nos hæc doctrina hortetur. Incorruptionẽ siquidẽ inqt & immortalitatẽ induite. Hęc nanq; veluti amiculum aliquod & indumẽtũ,ei nil quippiã sinunt qui his induatur,vel corrũpi vel deperire, quo se circũduxerit. Et hæc quidem eius gratia dixisse nunc ausim, qui minus intelligat quæ de resurrectione dicãtur,& ea irrideat,quæ plane se fugiant. Cum vero nos iste existimet ex dei adepta cognitiõe quæ resurrectionis sunt prędicare:pro arbitrio congerit quæ sibi animo

B insident,& istiusmodi inqt. Vbi vero hi vndiq; & coercẽtur & conuincunt:haud secus ac nil audissent,iterato ad illud vt quærant, iam redeũt. Quo igitur pacto vel cognituri sum⁹, vel visuri nos deum, vel ad hunc concessuri? Volẽs autem quisq; intelligat: quẽadmodum etsi in rebus aliis,quia & corporeo in loco nos simus,corpore indigemus,& cuiusmodi corporei loci natura exegerit:& corpore hoc cum ipi indigeamus,superinduimus q̃ diximus corporis tabernaculi esse. Ad dei vero assequendam cognitionẽ nihil nobis opus est corpore: non enim corporis oculus deum hunc nouerit: sed mens quędã,quę vtiq; contemplet:quod plane fit ad conditoris imaginẽ factum,quęve deum noscendi vim habeat ex prouidentia dei excęptam. Et sane cor est purius aliquod quod deũ intueatur, & e quo cogitationes prauæ nullæ in posterum prodeãt,vt homicidia, adulteria, impudicitiæ,furta,falsa, testimonia, vel visus impurior,& absurdiora nonnulla huiusmodi. vnde & illud edicitur,Beati mũdo corde,quoniã ipsi deũ videbũt. Sed cũ nostra haud quaq̃ sat facere queat voluntas vt corporis puritatẽ hanc prorsus adipiscamur:deo est opus qui nobis illud huiusmodi paret. Quo fit vt per eum qui scite precetur,illud dicatur:Cor mundum crea in me deus. Sed neq; vt loco aliquo circũscripto manentem deum,rogaturi aliquid sumus,dicturive quo pacto queat per nos ipse adiri: est enim deus quouis loco præstantior, & vniuersa in se circũplectitur:& nihil est vspiã qđ deũ cõtineat. Ad deum itaq; vt conceda- C mus:nõ corporaliter nobis qđ inqt iniungit: Post dominum deũ tuũ ambulabis: nec corpore propheta ipse deo inhęrens inter precandũ sic infert: Adhæsit anima mea post te. Mendacii igitur Celsus cõuincitur,per nos asserẽs id affirmari,futurum omnino vt corporeis oculis deũ intueamur,illiusq; perinde & vocem audiamus,& manibus his sensibilibus, vt hunc attrectemus. Nec sane nos præterit iisdem nominibus quibus & corporis oculi exprimũtur, sacris in literis & animæ oculos dici: ne secus & aures ipsas & man⁹:& quod his est vtiq; mirabilius, sensum etiã quendã diuinũ, & ab eo diuersum,qui vulgo soleat vsurpari. Vbi enim subdit propheta,Reuela oculos meos,& considerabo mirabilia de lege tua,Pręceptum domini lucidum illuminans oculos:& illud,Illumina oculos meos,ne vnq̃ obdormiam in morte: nemo erit profecto tã stolidus,vt corporis oculis putet diuinę legis mirãda illa percipi posse, vel dei præceptum,corporeos oculos illuminaturum,vel mortis somnum inducere,qui corporeis oculis illabatur. Verũ cũ Saluator noster D protulerit, Qui habet aures audiendi audiat, vel quiuis ista intelligat de diuinis quibusdã auribus dici. Cum enim & dei verbũ in manu Hieremiæ prophetę vel alterius factũ dicatur, vel lex in Moysi manu,vel manibus meis q̃siui deum,& non sum deceptus: nullus adeo desipit q nõ manus hasce tropice dictas intelligat: de quibus & Ioannes sic disserit,Manus nostrę attrectauerunt de verbo vitæ. Q2 si de potiore aliquo sensu & minus corporeo libuerit quicq̃ perdiscere, Salomonem audi in Prouerbiis sic disserẽtẽ,Scientiã dei inuenies. Nõ itaq; no- E bis qui deum conquirimus, eo fuerit quo Celsus remiserit concedendum, nec adeunda erũt Trophonii, & Amphiarai, & Moysi loca, vbi ad humanã speciem videri hic deos affirmat, nec cõmentitios quosdã & apparẽtes,sed veros & plane cõspicuos. Nos vero nil fugit hos dæ-

mones esse, nidoribus & sanguine fotos, & ex sacrificiis fumo, ita vt velut carceribus quibusdam his locis coerceãtur, quæ pro eorum sunt cupiditatibus nacti, & diis sacrata Græcorum opinione creduntur. Nos vero nil ambigendo tenemus deorum hęc esse fallacium domicilia. Deinde puerse Celsus de his quos dixerat diis speciem præse, vt ipse iam autumat, humanam ferentibus disserit: aitq; hos ipsos spectare quẽpiam posse nõ semel illapsos, & volẽtes quosq; affari, & sui presentiã facere, nec secus atq; eũ fecisse Christiani affirmãt, qui se plane fefellerit. Et sane apparet ex his veluti vmbratilem quandã hũc & apparẽtẽ imaginem Iesum dixisse: quia vbi a mortuis resurrexit sit discipulis visus, & tanq; prætereundo dilapsus vt ab
F his videret. Quos vero sub humana specie deos hic dixit, eos esse existimat, quibuscum volẽtibus singulis fiat colloquendi potestas. Verũ qui fieri poterat, vt apparẽs aliqua (vt ipse affirmat) imago sic preteruecta & repente dilapsa vt falleret spectatores, vel vbi conspecta sit tanta illa & tã mira peregerit, & tantorũ hoim ad meliora animos immutarit, & persuaserit demum, vt tanq; iudiciũ subituri, omnia factitarent, q deo essent acceptiora! quo inquam pacto qui imagine tenus nomẽ sit iuxta Celsum sortitus, vel dæmones ipsos abegerit, vel alia pleraq; nil contemnẽda & fecerit sedulo & operetur, non locũ vnũ aliquẽ nactus, quẽadmodum sui sub humana specie dii, sed vniuersum orbẽ peruadens colligat & conscisçat ad sui diuinitatẽ quoscunq; inuenerit ad viam rectiorẽ
G procliuiores! Exinde ad ea quæ p nos sunt, vt licuit, explicata, rursum Celsus hæc infert. Et hi quidẽ adhuc sunt illud dicturi, Deũ se nosse quẽ sensu nõ capiãt. Quid enim potest sine sensu perdiscI! Moxq; ad hæc ipsa respõdẽs sic inquit, Non enim vel hois, vel animæ, sed carnis vox est. Sed audiãt isti, si qd audire forsitan quærint, vt timidũ & corpori deditum hoim genus: si enim sensu vos fateamini conniuere & mente respicere, carnisq; oculos auertendo, qui aiæ sunt extuleritis, his solũ deũ contẽplaturi vos estis: vel si animæ huius ducẽ perquiritis, nebulones erunt, & magi, & idolorũ inductores vitãdi: ne omnino sitis vos irridẽdi, q alios quidẽ quos deos esse ostendimus, maledictis vt idola insectamini, & eum q idolis ipsis est lõge miserior, sed ne idolum quidẽ, & alioqui mortuum colitis, & patrem quæritis huius persimilem. In primis quidem ad ea quę hic falso confinxit, quippe qui nobis haud secus dicenda quędam imponit ac ea dixerimus, de carnis resurrectione ducimus respondendum. Ei nanq; qui personam loquentem inducit, in laudem cedit si conficte personæ cum mentem obseruat tum mores: vitio autẽ datur, si verba, loquentis H dignitati nil congruentia promat. Quinetiã æque erunt coarguendi, qui vbi personas inducunt loquẽtes, barbaris & ineruditis quibusdã & plane seruilibus, & qui philosophorum non modo dicta nusq; perceperint, sed hos potius improbent, naturę rationes explicandas imponunt: quas etsi ipsi vt fictores didicerint, haud tamen par fuerit vt ficta persona & rudior aliqua eas pernoscat: & contra si sapientes introducantur qui & diuina percalleant, his ea iniũgãt dicenda, quæ ex imperitiori animi quodam affectu a rudioribus depromanẽ, & inscite pronuncientur. Vnde Homerus, etsi cætera admiratione dignus videtur, tunc tamen præcipue cum Heroum dignitatẽ seruarit, quos a principio introduxisset loquentes, vt Nestorẽ, Vlyssem, Diomedem, Agamẽnonem, Telemachum, Penelopenq;, & huiusmodi Græcorum cæteros principes, Euripides vero ab Aristophane carpitur & irridetur, quia intempestiue quędam protulerit: & qa frequẽtius ex philosophorum decretis, vt Anaxagoræ & sapiẽtium aliorum, dicta quædã vel barbaris mulierculis vel seruis narranda imposuisset. Si tãtum itaq; virtutis vel vitii in personarum introductione loquentiũ inerit: quo pacto non quispiam Celsum irriserit, q Christianis dicenda ingesserit q nusq; per Christianos sint prodita! Q; si rudiorũ quorundam hic verba confinxerit: vnde nam illis accesserit, vt rerũ sensa queant sic internoscere, vt sensibilia ab intellectualibus secernendo diiudicent, & possint haud secus statuere ac Stoici faciunt, qui intellectuales substantias tollũt: & plane decernere quẽadmodũ sensu haud dubie comprehendantur quęcunq; intelliguntur, & animi conceptus oẽs ex sensu hoc ipso dependeant! Nec secus erit hic irridẽdus, si philosophorũ quorundã fuerit dicta cõmentus, quę ad Christũ attineant enixe admodum cõquirentium: nec his quidem consentanea adinuenerit. Siquidem eorum nemo qui deum inuisibilem esse didicerit, & eius opera esse nonnulla inuisibilia, hoc est quæ mente tantum concipiantur, de his quæ resurrectionis sunt, responsurus, dixerit deum cognitu ros quandoq; qui sensibus non eum percepererint, vel fieri posse vt sine sensu perdiscI aliqd queat: nec solum hisce in rebus quæ & reconditæ sunt, & paucis lectiratæ, & his quidem studiosis & doctioribus, illud contingere affirmarit, sed in vulgatioribus quibusdam, vt sacris est proditum literis, inuisibilia dei a creatio-

UNIVERSIDAD DE MURCIA

ne mundi creaturis intellecta videri. Ex quib⁹ intelligi potest quemadmodum vel in hac vita necesse sit hoies vt a sensibus ordiatur q̄ sensibilia sunt, cum ad intellectualia sunt progressuri: haud tamē erit sensibilibus his insistēdum. Nec sine sensu quidē dicturi sunt homines, impossibile fore vt perdiscātur quę mente & animo cōprehendūtur. Qui vero illud vsurpent, qui fieri potest vt sine sensu queat quis discere? profecto coarguent nō iure illud p Celsum hunc in modū inferri: Nec hominis quidē nec
A animæ, sed carnis vox fuerit. Cū igitur deum inuisibilem illū & incorporeum, & mētem esse, vel mentē oēm & substantiam simul excedere affirmamus: haud quaq̄ id alterius gratia dicimus, nisi eius q ad huius sit mentis imaginē factus: & incorporeū deum non alteri cuiq̄ asse uerabimus cōprehensibilem esse & innotescere, nisi ei q huius præse cū mentem, tū imaginem ferat. Nūc enim, vt Pauli verbis vtar, per speculum & ænigma deum videmus: tūc vero facie ad faciem hunc sumus visuri. Enimuero vbi faciem dixerim, nil velim ex hac dictione vt mētem quispiā illam quæ ex ea significatur incuset: sed dicat in his qui facie reuelata dei gloriā speculantur, & a claritate in claritatem in eandem transformant imaginē, haud quaq̄ intelligi faciē inesse sensibilē: sed tropologice sumi: quemadmodum & oculos, & aures, & huiusmodi alia, quæ appellatione eadē traduntur qua & corporis membra, vt supra ostendimus. Et homo qdē, hoc est anima q̄ corpore vtitur, & homo interior nuncupatur, vel anima ipsa respondet: non tamen ea quę Celsus describit, sed q̄ dei vir ille docet Apostolus: carnis autē voce nec Christianus quidē vtetur, qui didicerit spiritu opera carnis mortificare, & Iesu mortem continenter corpore circunferre, eius dicti nihil ignarus, Mortificate mēbra vestra super terram: quidve ex eo significet nō nescius, Nō permanebit spiritus meus in hoibus his in æternū quia caro sunt: nec illud eū fugiat, qui caro sunt placere deo non posse: & idcirco o-
B mnia facitat ne de cætero i carne hac maneat.

Sed videamus quibusnam Celsus nos prouocet argumētis, & cohortetur ab se tandem vti audiamus, quēadmodum dei in his assequi cognitionē possimus quæ Christianorum nemi-nem putat posse vt ab se tradita audire. Sed alioquin audiāt, inquit, si quid audire forsitan poterunt. At quenam lubet ex se vt ipsi audiamus intelligendum. Philosophus enim vir iste cum nos instruere velit cōuiciatur: cum enim in ipso dicendi exordio erga auditores benevolum se vt præferret oportuisset, longe aliter egit: his nanq̄ q aduscq̄ mortē pernicie subeūt ne vel voce tenus Christianā abiurent religionē, & huius gratia paratiores sint semp quis supplicii perpeti, & mortis quouis genere affici, formidolosum esse hominum genus obiecit.

Ait pręterea & genus esse nos hominum, qui C
corpori studeamus, vbi id astruxerimus: Etsi Christum olim secūdum carnem cognouimus nunc tamen nequaq̄ hunc recognoscimus. Qđ vtiq̄ crimināndi gratia intulit: quippe qui pro pietate & cultu tam prompte corpus exponimus, vt non tam facile sibi philosophus detraxerit pallium. Nos itaq̄ sic Celsus affatur. Si enim sensibus conuiuentes, mente vos estis cō templaturi, & corporis oculos auertendo, animi attollitis oculos: sic duntaxat deum visuri estis. Et putat hæc sane quæ sub duplici oculorum specie dixit, vt a Græcis ipse desumpserit ita & apud nos neminem vnq̄ fuisse philosophatū. Ad hæc vero sic duxerim respondendū: Moysen ipsum cū mundi creationem describeret hominem introduxisse: qui anteq̄ dei iussa transgrederetur, alibi quidem videret, alibi minus, & vidisse tunc sane cum de muliere id diceretur, Et vidit mulier q̄ bonū esset lignum ad vescēdum & pulchrū oculis: tūc vero haud quaq̄ vidisse, perinde atq̄ oculis captum, cum per serpētem fœminę diceret: Scit em̄ deus q̄ in quocunq̄ die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: nec secus & illud cum traditur, Et comederunt: & aperti sunt oculi amborū. Eorū igit sensus oculi patuerūt, quibus optime conniuerent, ne curis distracti impedirētur quo minus quirent animæ oculis cōtēplari: quos vero essent interea nacti animi oculos cum perspicaciores, tum in deo & eius in paradiso iucunditate affectos, crediderim equidem ob peccata hos conniuisse. Vnde & noster ipse saluator duplicem oculorum hanc speciem inesse nobis nihil ignarus, sic inquit, Propterea ego in hunc mundum veni vt non videntes videāt, & videntes cæci fiant: arguens plane q non viderent animæ oculos esse, quibus verbum lucem præstiterit: oculos vero sensibiles & si satis viderent: idcirco verbum iam excæcauerit vt absq̄ vlla interpollatione & cura, anima ipsa quæ videnda sunt, videat. Cuiusuis itaq̄ qui Christianæ sit religiōis sectator, animæ attollitur oculus & sensus submittitur: & p hac potioris oculi subleuatione & sensus luminum submissione, vel innotescit cuiq̄ deus, vel plane conspicitur: vnaq̄ & eius filius verbū, quod vtiq̄ constat & dei sapientiam esse, & quę eius sunt cætera præse ferre. Celsus vero vbi hæc ita sunt conquisita, vt in Christianos omnes

dicta quędam obiiciēdo intendit: quę si ad eos haberet qui a Christi doctrina alienos se pēnitus fatērētur, accommodatiora essent forsitan visa. Ophianos nanq; (vt supra meminimus) fuisse hos cōstat, qui Iesum vtcūq; negauerint dei filiū extitisse: vel alios quosq; q cū his eadē senserint, idola inducendo, fallaces quosdam & veneficos hoīes. Hi siqdē sūt qui fores asser
D uantium noīa & ineptias illas pērdiscūt, quas ante cōmemorauimus. Frustra igit Christianis id obiicit Celsus, cū inquit: At saltem vitæ huius ducem pquirite: Ophianos illos præten dēs. Sunt em̄ hi vobis vt deceptores & venefi ci & idolorum introductores vitandi. Et cum nihil intelligat Ophianos hosce nō minus ac ipsemet Celsus, vt eiusdem secū veneficii reos, & Iesum capere, & cōuiciis insuper huius religionē insectari & cultum: Ophianis hisce nos intermiscet, id inquiēs. Et ne omnino ridiculi sitis, alios quidem qui dii esse probantur velut idola quædā maledictis & probris vos insectamini: vestrum vero deum vel idolis ipsis longe miseriorē, nec idolū qdē sed plane demortuum colitis, & patrem quæritis huius persimilem.
E Q; aūt nesciat Celsus quid asserāt Christiani, quidve qui tales commenti sint fabulas, sed putet ea nobis inesse quæ Ophianis illis crimini dantur, & ea insuper quæ minus sentimus obiecerit: ex eo liquet, q; in quib⁹ Ophiani illi fallūtur cū mirabiles proferunt consultores, & verba illa dæmonica, quibus leonē compellant, & qui in terris vitā degat & aquis, siue q asini speciem præferat, cæteroq; huiusmodi alios alloquātur, ianitores quosdam & sacros, quorum nomina miserabiliter & calamitose perdiscant, & nos delirare inquiat Celsus, & dignos q culeo deniq; insuamur: nec sane intelligit eorum neminem fore quos illi vel asini habere speciem credunt, vel vitā degere vtrobiq;, & deliramenta huiusmodi cætera, qui aduscq; mortem insti terit vt veritatem sibi vel saltem visam tutetur: qd vtiq; pro præcipua quadam & excellenti erga deum pietate per nos factitatur, ita vt cuiuis mortis generi corpus hoc offeramus. Quocirca aculeo potius hi insuātur, qui nihil huiusmodi patiuntur, q; ipsi qui diuinum ob cultum vel hoc ipso plerunq; insuimur: etsi alioquin Ophianorum fabulosum illud de leonis figura, deq; vtrobiq; viuentibus & aliis similibus deliramētis, nobis his exprobret. Non igitur Celsi ob gratiā quæ de leonina hac specie & huiuscemodi cæteris tradita sunt, declinamus: nō enim vel a principio huiusmodi aliquid complexi nos sumus: sed Iesu doctrinā sectati, ea ipsi vt vera astruimus quæ ab Ophianorum sunt dictis admodum aliena: nihil assentiendo vel ea esse facie Michaelem, vel aliū eorū quos diximus quempiā. Intelli- F gendum autem quosnam velit nos Celsus vt duces sectari, qui ducibus nil careamus: & viris quidem cum priscis, tum plane diuinis. Remittit nanq; nos ille ad diuinos quosdam (vt ipse affirmat) poetas, & sapientiores philosophos, cum hauddum tamen his coaptauerit & imposuerit nomina: & vbi duces se ostensurum promiserit, nihil definiendo decernit diuinos poetas & sapiētes hos esse philosophos. Q; si suo quēq; nomine explicasset, vel contendum forsitan aduersus hunc non iniuria videretur, quia cæcos quosdam circa veritatē is nobis duces attulerit, vt demum fallamur, & si forte non pēnitus excæcatos, circa nonnulla tamen decreta veritatis deceptos. Orpheum deinde, siue Parmenidem, siue Empedoclem, siue Homerum ipsum, siue Hesiodum, diuinos esse vult vates. Sed ostendat cui id forte libuerit, quo pacto melius longe incedant qui ducibus istis vtantur, & maiora aut capiāt vitæ hi commoda, q̄ qui ob Iesu doctrinam, & statuas istas & simulacra reliquerint, & Iudęorum superstitione quauis posthabita, per dei verbum, patrem verbi deum contemplando obseruant. Verum quinam fuerint vel sapientes hi, vel philosophi, a quibus audire velit nos Celsus & multa quidem atq; diuina, dei seruo posthabito Moyse & eius prophetis, qui vniuersa hæc fabricauit: haud dubie diuinitus tam multa vaticinantibus, & deum insuper ipsum fatentibus humano generi illuxisse, iterq; diuini cultus monstrasse, & quantum in eo fuerit, neminem præteriisse qui suorum mysteriorum non aliquid degustarit: ita vt pro excellenti eius benignitate, & erga humanum genus charitate mirifica, quæ diuinarum rerum scientiam queat sapientioribus elargiri, a terrenis hisce animos subleuantem, vel imperitorum quorūdam, simpliciumq; fœmellarum seruorūq;, & eorum quib⁹ nemo hominū præter Iesum opituletur, condescendere ad naturam & defęcatiores habitus possit, vt quoad liceat rectius viuant, & hisce cum institutis, vt quæ de eo admittere animo potuerunt suscipiant! Porro Celsus ad Platonem philoso- G phum, vt ad rerum diuinarum solertiorem magistrum nos reiicit: explicans quæ in suo ille Timæo hunc in modū protulerat. Factorē igit vniuersi huius parentēq; & inuenire arduum est, & qui eū inuenerit, ad omnes vt hunc perferat impossibile. Et paulo post, Videte vt conquiratis cum rebus diuinitatis sat congruen-

tibus, tum veritatis & via. Et vt Plato ſenſit vt omnib⁹ per eã pateret inceſſus, fieri nõ pote rat: quandoquidem ſubdit: Vbi vero comper tum eſt ſapientibus viris vt de eo qui nomine vocitari nil queat, & ſummus ſit, aliquid com mentemur: quod eum vel ex compoſitione ad res alias quadam vel reſolutione a cæteris, vel proportione demonſtret: cum alias velit quẽ admodum is inexplicabilis ſit edocere. Mirarer equidem inquiens ſi ſequi poteritis qui omni no ſitis carne obducti, & nihil quod purius ſit conſpicemini. Ingenioſe quidem & mirabili ter hæc protulit Plato: ſed vide ſi non longe humanius ſcriptiões ſacræ deum induxerint, cum a principio hunc apud deum fuiſſe affir ment, & deus verbum vt caro ſit factus, vt de uenire ad omnes verbum id poſſet: quod q in uenerit, ad omnes vt deferat impoſſibile eſſe Plato diſſeruit. Dicat itaq; Plato conditorem illum & vniuerſi parentem, inuentu difficilem eſſe & plane negocioſum: impoſſibile arguens fore humanæ naturæ, vt deum pro eius digni tate inueniat: & ſi minus forte pro dignitate: at ſaltem & magnam in partem & præter cæ teros omnes inuenerit. Qđ vtiq; ſi verum fuiſ ſet, & in vero deus a Platone vel a Græcorum alio quouis eſſet inuẽtus: haud quaq; hũc præ ter alium colerent, vel deum vocarent, vel ad oraſſent: neq; eo poſthabito qui vniuerſa con diderit, & cõdita moderetur & regat, alia quę dam hi ſuſcepiſſent, quæ minus eſſent in tan A to Deo cuiq; admittenda. Nos vero ita ſta tuimus: humanam naturã haud quaq; ſat poſ ſe vtcunq; deum conquirere, & pure hunc in uenire, ſi nihil ei opituletur qui quæritur: & inueniri quidem ab iis, qui vbi fecerint quod ſui erat officii, fatebuntur eo ſe indigere: qui his ſpectandum ſe præbet, a quibus merito iu dicarit ſpectari ſe poſſe, & vti ſuapte natura eſt. Deus quidem homini vt innoteſcat decer nimus: hominis autem anima adhuc in cor pore conſtituta Dei vt habeat notionem. Cæ terum etſi Plato affirmet qui Deum inuene rit nil poſſe rerum omnium conditorem parẽ temq; omnibus explicare, ineffabilem tamen & ſine nomine eſſe non eum fatetur, ſed poſſe, cũ nomine explicetur, & ſermonibus pronũciari.

B Deinde Celſus tanq; eorum oblitus quæ ex Platonis dictis produxerat, ex his ipſis vel no mine carere Deum confirmat. Platonis vero hæc ſunt. Vbi vero compertum eſt ſapienti bus viris vt de eo qui nomine explicari non poteſt & ſummus eſt, aliquid commentemur & huiuſmodi cætera. Nos vero non ſolum Deũ ineffabilem eſſe aſtruimus, ſed poſt deum & alia pleraq;, quæ Paulus ſignificare conatus ſic inquit: Audiui arcana verba quę non licet homini loqui: audiui vſus, p percepi: qđ vtiq; ſimile eſt euangelico dicto, Qui habet aures au diendi audiat. Factorem itaq; illum vniuerſi pa rentem, ſpectandum eſſe nos dicimus. Videtur autem Deus, & aliis dum viſitur innoteſcit: non modo iuxta prophetícum illud, Beati mũ do corde, quia ipſi deum videbunt: ſed iuxta illud prẽterea, quod eſt per inuiſibilis Dei ima ginem pronunciatum, Qui videt me, videt & patrem qui me miſit: quod vtiq; nemo qui mẽ tis ſit compos, quoq; pacto fatebitur Ieſum hęc idcirco dixiſſe, quia ad corpus ſuum ſenſibile illud & humanis oculis patẽs retulerit. Licuiſ ſet enim hoc modo vel importunius obſtrepen tibus Iudæis & identidem clamitantibus Cru cifige, & patrem ſpectare: & Pilatus item hunc ipſum vidiſſet, vt qui in Chriſti humanita tem acceperat poteſtatem: quod plane abſur dius eſt. Q; autem illud, Qui videt me, vi C det & patrem: non ad communem ſenſum refertur: ex eo liquet quod Philippo ſic dici tur, Tanto tempore vobiſcum ſum, & non co gnouiſti me Philippe: ſi dixiſſe id modo vide tur roganti illi, Oſtende nobis patrem & ſuffi cit nobis. Qui vero perceperit quẽadmodum illud ſit de vnigenito Dei filio capiendum qđ legitur, vt primogenito omnis creaturæ, quo ad Verbum factum eſt caro, profecto inuiſibi lis Dei imaginem viderit vt patrem ſit inſu per cogniturus omnium conditorem. Cel D ſus igitur ſiue ex compoſitiõe quadam ad alia, quæ geometricæ illi compoſitioni æqua pro portione reſpondeat, ſiue vtcunq; vt Dei cõ gnitio habeatur in promptu eſſe exiſtimaue rit, ſi forte boni aliquid ſic facile poſſit accede re: at dei verbum id inquit, Nemo cognouit pa trem niſi filius, & cui filius reuelauerit: gra tia, ſcilicet diuina quadã, & niſi diuinitus non animæ ipſi immiſſa. Quin & diuino quodam inſtinctu de Deo haberi poſſe cognitionẽ de cernit. Par enim fuerit, vt dei illa cognitio lon ge ſuperior ſit, q; vt ab humana poſſit natura comprehendi: & idcirco tam multi apud mor talium genus varia ſentientium extãt de Deo errores. Quinetiã de bonitate Dei & benigni E tate, & gratia miranda inſuper quadã & diui na, huius diuinitatis cognitionem vel ad eos pertingere non iniquum videbitur, qui diuina prius fuerint præſcientia occupati, vt in po ſterum ſint pro eius qui cognitus eſt dignitate victuri: nullo pacto quem ſemel exceperint er ga hũc, cultum & pietatem adulterãtes: ita vt nec vel ab his quidẽ in viã quæ ducit ad mor

tem impingantur quandoq;, vel forte irrideantur, qui & pietatem hanc cultum ignorent, & quiduis potius hanc esse ementiantur, q̃ quod in vero sit pietas dixerint. Ipse vero deum existimauerim, vbi eorum conspexerat insolentiam qui cæteros aspernando in dei cognitione hac insolescerent, & sua plurimi facerent, pinde ac a philosophis diuina perdidicissent, cum alioquin nil secus ac rudissimi quiq; ad simulacra illa deorum & templa & celebriora quædam apud eos mysteria ducerentur: stulta mundi hæc elegisse, hoc est Christianorum quoq; mirę simplicitatis, qui longe modestius q̃ philosophi ipsi & purius viuerent, vt sapientes confunderet nil veritos inanimata quædã & cõmentitiorum deorum imagines vt Deos
F affari. Quis enim non irrideat, qui vbi tãta & tam multa de diuinitate disseruisset, simulacris aut intentior sit, aut supplicet: vel ex simulacrorum istorum aspectu, ad eum transcendendum esse imaginetur, quem mente & cogitatione conceperit? Christianus vero, etsi imperitior, quemuis mundi locum Dei templi totius partem esse crediderit: q; vbiq; terrarum sit, & quouis in loco, & vbi sensibiles inter precandum conniuendo summiserit oculos, & animæ deinceps sustulerit lumina, mundum oẽm superinscendit: nec super cæli axem innititur, sed ad supercælestia loca illa, mente & cogitatione prouehitur, sancto spiritu ductus: & veluti extra hunc mundi orbem elatus, submittit ad deum nec pro exiguis quidem rebus & preces. Quippe qui ex deo didicerit nihil exile, hoc est nil quod sensibile sit flagitare, sed grandiora duntaxat quędam & vere diuina, & quęcunq; sint per deum & eius filium verbum, qui & deus sit, cõtributa: & ad eam ineundam beatitudinem quæ apud se sit, demum contule-
G rint. Sed videamus & ea quæ Celsus se pollicetur nos instructurum, si sequi forsitan illa licuerit: in quibus nos plane affirmat carne prorsus & constringi, & colligari: qua procul dubio soluimur, si pro Iesu doctrina & vitam duxerimus, his Pauli dictis: Nõ in carne estis, sed in spiritu, si spiritus dei in vobis inhabitat. Ait præterea nihil nos quod purius sit intueri, qui enixius adnitamur ne vel cogitatione tenus vitiorum inquinemur suggestione, quive inter vota & preces id deposcamus: Cor mundum crea in me deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: vt corde duntaxat hoc puriore, & suapte natura deum spectante, hunc contemplemur. Celsi vero hęc sunt. Substantia quidem & generatio & mente percipi possunt & visu complecti: cum substantia veritas, cum generatione vero error & falsitas. Circa veritatem igitur scientia, circa alterutrum opinatio. Et sane intellectio, eius est quod intelligibile fuerit: visus vero quod visibile sit. Qđ intellectuale est auris nouit, visibile oculus. Quod igitur fuerit in visibilibus sol, qui vtiq; nec visus quidem nec oculus est, sed oculo videndi causam præbet, & visui vt per se constet, & visibilibus vt videantur, & sensibilibus omnibus vt generentur, non tamen ipse sibi vt videatur est causa: Id ipsum erit in intellectualibus oculus, qui neq; mens sit, nec intellectio, neq; scientia: sed menti quidem vt intelligat causa, & intellectioni vt per se constet, & scientiæ vt per se noscat, & item intellectualibus cæteris: & veritas quidem hæc fuerit, & ea substãtia, vt supra cætera sit ineffabili quadam virtute intelligibilis. Hæc sane hominibus prodita sunt qui mentis sint compotes: q; si quid ex his & ipsi tenetis, recte vobiscum agitur. Nec secus & si spiritum quempiam diuina afferre mandata asseritis, is profecto futurus spiritus est qui huiusmodi prædicet, quo prisci quondam pleni iam & imbuti, & multa quidem & rectiora denunciarunt: quę si audire vobis minus licuerit, conticescite, & vestras ineptias occultate: nec eos qui vident cæcos dixeritis, nec claudos esse qui currunt: quando quidem ipsi debilitati prorsus animo sitis, & mutilati, & corpore in ipso, hoc est in demortuo, vitam hanc ducere videamini. Nos vero qui nihil H eorum quæ per hos rectius forsitan proferantur qui a Christi fide sunt alieni, ne cõtentiose agere videamur, quoq; pacto vel repudianda vel insectanda censuimus: dicturi ad Celsi obiecta hæc sumus, quemadmodum cauendum ei maxime sit qui conuiciari his velit quibus id animo sedeat, vt erga cunctorum præsidem deum se pios pro viribus præstent: qui vt imperitorum in se suscipit fidem, ita & sapientiũ cum ratione cultum: seq; vt omnium conditorem precantium, & summittentium vt per põtificem vota, qui mortalibus ipsis integerrimum colendi genus detulerit: ne eos animo dicat debilitatos & mancos, & corpore hoc in demortuo viuere, qui ex animi affectu fari illud didicerint, In carne viuentes non secundũ carnem militamus: arma enim militiæ nostræ nõ sunt carnalia sed fortia deo. Nec secus quidam vt caueant velim, ne cũ alios vt deo supplices carpunt, suas animas & claudicantes iã reddant, & interiorẽ suimet hominẽ mutilent: & in semetipsis, cum alios maledictis incesserint, qui vitam hanc degere rectius velint, decoris illud prędicant & moderãtiæ, qđ natura

est per conditorem ipm rationali cuiq; inditū. Qui vero ad cætera ex diuina doctrina & didi cerint illud & factitarint, vt maledicētibus benedicto respondeāt, & quas subierint persecutiones vt tolerent, & pro se blasphemātib⁹orēt, proculdubio eorum ex numero sunt futuri qui animæ dirigunt gressus, eāq; & purgēt, & reddant paratiorem: non modo vt dictis duntaxat substantiam a generatione seiungant, & a visibili quod mente percipitur, vel substantiæ ipsi veritatem connectāt, cum generatione vero errorē quouis modo defugiant: cōsiderantes non ea quæ generatiōis sunt sese fuisse edoctos, qñquidem cum visibilia sint, idcirco & breuia, sed quæ his longe sunt potiora: siue substantiā ista quis dixerit: siue quia intelligibilia sint, & videri non possint: siue quia extra sensum sit eorum natura, inuisibilia nuncupet. Sic præterea & his quæ ad generationē attinent intēderint animū Iesu discipuli, vt perinde ac fundamento quodam his ipsis vtātur ad percipiēdam intelligibiliū rerū naturam. Nam inuisibilia dei a mundi creatione, hoc est intelligibilia quæ creaturis innotuerunt, dum intelligūtur spectantur: neq; perstant quidem in inuisibilibus Dei, vbi ad ea ex hac mundi & creatarum rerum structura animo agitata deniq; prouehuntur: sed satis iam in diuinis illis exercitati & plane inuisibilibus, ad sempiternam dei trāscēdunt potētiā, & ipsius intelligunt diuinitatem: & quemadmodum clemētior deus vt veritatem, ita & sui cognitionem aperuit: neq; his modo qui sibi adhęserunt, sed plerisq; aliis qui extra diuinum illum & integrū cultū, & erga se pietatē iā præstitissent. Quidā vero dei prouidētia quadā cū ad tantarū rerum cognitionem euaserint, nil tamen agendo qđ eam deceat notionē, impie agunt, & veritatem in iniustitia detinēt: cum interea excusationis locum in tantarum rerum magnitudine pernoscēda, apud deum habere adhuc hi minime queant. His igitur qui & Celsi dicta suscipiunt, & prodecretis huiusmodi philosophari se profitentur, sacræ literæ testimonio sunt: quemadmodum & si deum nouissent, non tamen vt dum glorificauerint, vel ei gratias egerint: sed in cogitatibus suis euanuerunt, & obscuratum est insipiēs cor eorū. Et sane post tantū scientię & earū rerū splendorem quas deus his reuelasset, obscuratum est, & plane coercitum istorum cor illud insipiēs. Spectare itaq; licet quemadmodum qui se dixerint sapiētes, maioris quædam stultitiæ prę se iā tulerint argumenta: quando quidē qui tā multa in scholis de deo ac tanta, deq; rebus cogitatiōe & mente perceptis ediserūt, incorruptibilis dei mox gloriam incorruptibilis hoīs volatiliūq; & quadrupedū serpentiūq; similitudinē commutarunt: vnde a dei sunt prouidentia destituti: vt qui pro eorū dignitate nō viuerēt, quæ deus illis aperuisset, in suorū cordiū cōcupiscētiis volutētur & immunditia, & sua vt corpora afficiant contumeliis & ignominiæ passionibus & flagitiis, qui a principio dei veritatē in mendaciū mutauerunt, coluerūtq; & seruierunt creaturæ potius q̄ creatori. Nostri vero per Celsum ex imperitia abiectiores quidam & stolidi & seruiles iam vocitati, vel si parum per se Deo crediderint, susceptā Iesu iam disciplina tantum absunt a flagitio & immunditia, & quauis concubitus fœditate, vt haud secus ac perfectiores sacerdotes nonnulli quēuis coitum auersentur: ita vt vel in cęlibatu ex his qdā oīno pmaneāt, ne dixerim vt a quouis venereo cōgressu absti neant: cum vnus nescio qs apud Athenienses Hierophantes inuentus sit, qui vbi nec suas & viriles concupiscentias continere sit creditus potuisse atq; peruincere, quoad huic libuisset genitalibus medicatis pro casto sit & cęlibe habitus, & qui idoneus fuerit ad Athenienſiū sacra legitima pcurāda. Inter Christianos vero spectari poterūt viri, quibus vt pure curent diuina: nulla est opus medela: quandoquidem rationis sat habeant in medelā, vt quoduis concupiscentię genus ex animo abigant: sic deū viri pcibus colunt. Apud alios pręterea virgines sunt, q̄ vt puriores se erga diuinū numen exhibeant, vtrū virorū custodia asseruentur nec ne nil operæpreciū sit explicasse: non em̄ ppositū est nunc ista disqrere. At inter Christianę secta tores religionis, nō vt honores ab hominibus vendicēt mulierculæ, nec pecuniarū vel gloriæ ductæ cupiditate sese ad castitatē exercent, sed ita vt quēadmodū probauerunt deum habere in cognitionē, a deo in mēte pbata seruentur, & omni iustitia impleantur & bonitate: vt faciant quę maxime dicent. Hęc autē dixerim non vt contendendo his aduersarer, quæ recte forsitan Græcis sunt adinuenta: nec vt eorum decreta carperem saniora, siue perinde ostendere velim his longe maiora diuinioraq; prophetas dixisse, & Iesu apostolos identidem confirmasse, & per eos perquiri qui velint Christi fidem seruare, & apprime dictum id teneant, Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Sed illud plane vt patefaciam, indoctis plerūq; & rudioribus probiorē quandā inesse simplicitatē, quam vtiq; nonnulli qui se sapiētes esse fatentur, dū minus suscipiunt, cum pueris qui

buſcum diuerſari haudquaq̃ fas eſt, turpiter volutantur, ita vt maſculi in maſculos turpitudinem operentur. Celſus vero nondum aperuit quemadmodum cũ generatione ſit error: neq; qđ animo inerat demõſtrauit, vt ſua vbi cum
D noſtris his cõtulerimus, pnoſcamus. Prophetæ aũt cum ea quæ generationis ſunt proferũt, prudentius offerri pro peccatis ſacrificium dicunt, & pro recentius natis, quia minime ſint omnino peccati expertes. Dauid eñ ſic inquit, Ecce eñ in iniquitatib⁹ cõceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Et alibi, Alienati ſunt peccatores a vulua. Et illud mirifice, Errauerunt ab vtero. Quo fit vt ſenſibilium omnẽ iuxta nos ſapientes iſti criminẽtur naturam, & ita vt alibi vanitatis nomen ſortita ſint corpora: vt illud, Vanitati enim creatura ſubiecta eſt nolẽs, ſed propter eũ qui ſubiecit ī ſpe. Et alibi, Vanitas vanitatũ, dixit Eccleſiaſtes, & oĩa vanitas. Alius vero ſic carpſit hoim in terris vitã, Sed oĩa vanitas, omnis homo viuẽs. Nõ eñ de vitæ hic differẽtia ambigebat, quam anima ducat in terris, vel extra terras has egerit: nec ſane id dixit, Si enim nouit vtrũ viuere mors ſit, & mori vita, vt Plato: ſed confidentius vera ille profatur, Humiliata eſt in puluere anima mea, & in puluerẽ mortis deduxiſti me. Quemadmodum & Pauli illud, Quis me liberabit de corpore mortis huius! nec ſecus & illud, Qui tranſformabit corpus humilitatis noſtræ. Et alius item propheta quidam, Humiliaſti nos in loco afflictionis: locũ terreſtrem hunc dicens ad quem e paradiſo ob nequitiã & præuaricationem eiectus Adam, hoc eſt homo, deuenit. Et illud, Videmus adhuc per ſpeculum in ęnigmate, tunc vero facie ad faciem. Et peregrinãtes in corpore peregrinamur a deo: propterea probamus exire de corpore & migrare ad do-
E minũ. Aduerte quanta de vitæ & animarum diſcrimine ſint contẽplatione percepta. Sed qđ fuerit neceſſe vt tam multis Celſi nunc dictis occurram, perinde ac iãpridẽ hæc fuerint apđ nos tradita: qñ ex his quæ protulimus, ſatis iã pateat quid nos ſentiamus! Proxime autẽ Celſus id dixerit, Quo pacto diuinus ſpiritus ille deſcendens, ex deo diuina denunciat! Hic ſanè ſpiritus fuerit, vt ipſemet intulit hæc ipſa denuncians, quo priſci illi imbuti referriq; pmulta quidem & rectiora præcinerent, nil tamen eorum hic diſcrimen peruidit, quę noſtris ſunt notiora, illud tradentibus, Incorruptibilis tuus in omnib⁹ ſpirit⁹ eſt, propterea cadẽtes paulatim arguit deus. Et illud, Accipite ſpiritũ ſanctũ, qđ vtiq; muneris quantitatẽ aliã præfert, q̃ ea ſit quæ ex dictis hiſce deinceps exprimitur,

Baptizabimini in ſpiritu ſancto non poſt multos hos dies. Opus igitur eſt vt qui diligẽtius hæc intellexerit, eorum & differentias noſcat quæ ex longioribus interuallis breuem dei ſententiã capiant, & veritatis conceptũ, & aliorum qui & imbuebantur diuinitus, & cũ deo verſabãtur aſſiduo, & diuino ſpiritu ducebant. Qđ vtiq; ſi Celſus pęrueſtigaſſet, & inueſtigatum intellexiſſet: haudquaq̃ nos arguiſſet inſcitiæ, neq; iuſſiſſet quo minus cæcitate captos hos diceremus, qui ex hominum artificio, qđ vtiq; e terra & materia conſtat, ſimulacris his fabrefactis diuinum pręferri cultũ exiſtimãt. Nemo enim qui animę oculis contempletur, Deũ alio modo coluerit q̃ eo qui & vacãdũ ſemper rerũ conditori eſſe oſtendit, & illi ſedulo ſupplicandum: & cũcta eſſe ſic peragenda, ac in eius conſpectu aſſiſteretur, qui vel cogitationũ adſit noſtrarum ſpectator. Precandum igitur nobis vt videamus, & cæcorũ vt efficiamur tandiu ductores, quoadusq; ad dei doctrinam perueneríntur, & ſuarum animarũ recipiant lumen ignorãtia excęcatum. Q̃ ſi digna quædã eo fecerimus qui diſcipulis dixit, Vos eſtis lux mundi: & ſacra doctrina, quæ illud nos edocet, Et lumen in tenebris lucet: profecto & lux eorum ſimus futuri, qui in obſcuro & in tenebris diuerſantur, & item erudituri vt inſipientes, & inſtructuri infantes. Sed nil ægre tulerit Celſus vbi & eos claudos dicimus, & animæ greſſus (vt ita dixerim) obcæcatos, qui ad eorum legiti
ma ſacra haud ſecus accedũt atq; ad vera quędam & certiora iter accelerarent: cum interea minus aduertant nullũ vel nebulonum vel ſceleratorũ hominũ opus, eſſe ſanctius poſſe. Curarunt autem iuxta Ieſu doctrinã veri cultores, quoad viæ tãdem finem adepti, vero quodã & ſaniori affectu hęc proferãt, Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, de cætero repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. Et ſane noſtrum quiſq; ſic haud dubie currit, vt nõ in incertum decurrat: & ſic itẽ aduerſus vitia certat, vt non aerẽ ipſum diuerberet, ſed eos affligat qui ſub principe ſunt poteſtatis aereæ q nunc operatur in diffidentiæ filiis. Dicat iã F
Celſus corpore nos in demortuo viuere, qui id audimus: Qui ſecũdũ carnẽ viuitis, moriemini: ſi vero ſpiritu opera carnis mortificabitis, viuetis: & illud didicimus, Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus: ſi ex rebus ipſis qđ ingt oſtendere poteſt, & mendacii eum arguere, qui illud de nobis protulerit, quemadmodum ſit in corpore mortificato viuendum. Exinde ad ea Celſus quibus vt licuit iã ipſi occurrimus, nos ita affando ſubiũgit. Quãto aũt vobis longe G

plurimum profuisset,si noua quę dam inducere incessisset cupido animum, vt in alium quēpiā qui strenue obiisset,vel in eos qui ad suscipiendam diuinā de se fabulam accōmodatiores fuissent,id studii contulissetis? Age vt ita dixerim si minus vel Hercules vel Æsculapi⁹ placuissent, vel quos olim extulit ad cælum fama.Orpheus tamen erat in promptu,vir sane & sanctiore spiritu vsus, & ipse violenta nece affectus. Sed de hoc forte alii p̄dixerunt.At Anaxarchum habetis,qui in vrnam coniectus lapideā,& iniustissime in ea attritus,illatos egregie cruciatus contempserit.Quid ni?qui inter tormenta sic diceret,Tunde tunde Anaxarchi vtrē, ipsum vero haudquaq̄ tutuderis. Diuini spiritus profecto vox illa.Sed hunc & alii sunt eiusdem constantię subsecuti philosophi, inter quos & Epictet⁹ extitit,cuius herus cum ei tibiā intorsisset,subridens & plane interritus,pfringito inquit. At illo frangente, nō p̄dixerā ait te hanc perfracturum? Quid vnq̄ huiusmodi vester Deus dum pœnis afficeret effatus est? At Sibyllam cui⁹ dictis vestrorū nonnulli vtunt, vt dei filiam,huic saltem p̄tulissetis: nunc vero scribēdo intermiscere frustra vobis licuerit huius scriptis pmulta cū praua,tum & maledica.At eum qui & vita fuerit turpissima & morte miserrima vsus, deum esse decernitis:quanto hoc vobis Ionas ille ex ceti ventre ad diuinitatem suscipiendā accommodatior fuerat, vel ex bestiis Daniel, vel alii quidā qui longe magis portētifica fecerint?

A At velim equidem vbi ad Herculem nos Celsus remittit,illius saltem dictorū p̄ferat monimēta,vel de ipsius indecora & turpi apud Omphalen seruitute respondeat: ostendatq; vtrum hic esset diuinis honoribus dignus, qui solita violentia & prædonis in morem eius bouē surripuisset qui agrum tūc coleret: quem iam depastus & optime epulatus,tam lætior audiret q̄ in se epulantem execrabiliter miser ille conuicia effudisset:vt illud sit vel historiæ proditum Herculis numen cum imprecationibus & male dictis recipe sacrificia. Nos pręterea prouocat, vt de Æsculapio eadem repetamus quæ antea diximus:sed nos contēti his sumus. Verum qd ille ex Orphei demiratus operibus,pro indubitato affirmat hunc & sanctiore spiritu vsum & recte vixisse?Sed miror equidē cur idem vt nobiscum contendat,& Iesum extenuet, non Orpheum extollit: vbi vero & hui⁹ legerit de diis impias fabulas,nō eius opera auersetur, vtiq; lōge potius sint digniora,q̄ Homeri scripta,vt ex optima republica propulsentur:quippe qui longe peiora de diis, q̄ Homerus ipse protulerit. Strenuus itaq; Anaxarchus iste videtur q Aristocreonti Cypri tyranno inter tormenta id dixerit,Tunde tunde Anaxarchi vtrem.Id vnum in Anaxarcho mirandum Græci intellexerunt, quo etsi cæteri,vt Celsus existimat,ob virtutem merito colendum esse vel hominem ducerent, haudquaq̄ tamen par foret vt idcirco Anaxarchum deum quis dixerit.Moxq; ad Epictetum nos quendam traducit, admiratus huius ingenue dictum: nō tamen eius vt verba cum tibia ipsi infringeret cū mirabilib⁹ possint Iesu dictis conferri:quis nil fidei his p̄beat Celsus,qa diuina virtute sunt edita, & ad id temporis nō modo simpliciores quosdam ad rectiora conuerterint,sed & sapientes q̄plurimos.Sed vbi post tā- B torū virorū explicatū iam numerū ingat.Quid nam istiusmodi vester hic deus inter supplicia, & pœnas p̄tulerit? dicturi ad ea nos sumus: in plagis Iesum & verberibus cōticendo, etsi inter Græcos cæteri in vitæ discrimine obloquunt, alioquin maiorē longe cū fortitudinē,tū patientiā Iesum pręse tulisse: si modo credere his Celsus velit quę a veridicis sunt literis p̄dita, q de Iesu miranda nil falso dixerunt: & hæc iter, & conticentiā simul cōnumerarunt:quā dū plagis afflictaret seruasset:vtq; coccinea dum veste indueret,& spineam capiti impositā gestaret coronā,& p regio sceptro in manu calamū accepisset,summa quadā sit mansuetudine vsus, dū nihil interea vel molestū in eos p̄ferret,q tanta hęc in se auderēt.Non igit q pręs tolerantia inter verbera subticeret,& pro sua mansuetudine omnia sustineret q̄ sibi ab illudentibus inferrentur,dici pōt ex vilitate (vt putāt nōnulli) animi contigisse:nec illud qdē cum diceret,Pater si fieri pōt,transeat a me calix iste: sed nō qd ego volo sed qd tu.Habet itaq; apparens illud calicis subterfugiū rationē, quā & in aliis abunde iam conquisitam reddidimus: sed vt simplicius dictum illud audiamus, aduerte vt erga deum cum pietate tñ a quouis p̄ferri ea p̄catio possit: qui nullū p̄cedere putet periculū,sed id ferat aīo æquiore qd primū acciderit, vbi ad id tēpus iā euocet:nec sane pmittētis erat vox illa, sed eius potius q̄ ex his q̄ occurrerēt,pinde ac si oblectaret, & duceret potiora q̄ ex p̄uidentia imminerent discrimina,vox illa erat q̄ diceret,Non qd ego volo,sed qd tu. Dein nescio quo pacto hic C voluit vt Sibyllam potius dei filiam dicerem⁹, q̄ Iesum:decernens vel huius scriptis adscripsisse nos multa & maledictis referta, tametsi min⁹ ostenderit quænam essent quæ ipsi ascripsimus. Q; si ea monstraret,profecto vetusta illa & puriora protulerit,quæ minus haberēt q̄ ipse putat fuisse adscripta,cū alioquin nec ea ostēderit, nec impietatis arguerit.Rursum nō secūdo vel

tertio,sed sæpius Iesu vitam turpissimam dixit, cum nihil interea singulis improbandis insistat, quæ vel in vita egerit Iesus,vel quæ vt turpissime facta sint habita: vt hæc forsitan confirmando appareat nō de incertioribus qbusdā decer-
D nere,nec ei conuiciari quem nesciat.Si enim vitæ turpissimę species ex operibus is explicasset, quæ in Iesu fuisse forsitan viderentur:ad ea nos refutanda cōtēderemus q̄ per hunc fuissent pro turpissimis iudicata. Quod em̄ de Iesu iam dixerat,q̄ morte esset miserrima vsus: vel dici de Socrate potest & Anaxarcho,quorū paulo ante hic meminit,& īnumeris aliis. Aut em̄,inquit, Iesu mors dicetur miserrima, istorū vero haud quaq̄ huiusmodi:aut nō eorūdē miserrima,Iesu vero miserrima. Vides igitur quēadmodum vel hoc loco voluerit Celsus aduersus Iesum contēdere,& vt arbitror, spiritu aliquo percitus quē Iesus iam pærdidisset, ne de cætero nidores haberet & sanguinem,quibus iam fotus fallebat q in simulacris deum conquirerent, nec verū deū
E respicerent,qui cunctis p̄sidet rebus. Cæterum vt is qui finē libro iam facere proposuisset,malebat Ionam deū q̄ Iesum nos ducere,quem etsi in Niniue ciuitate & sola pœnitentiam p̄dicasset,Iesu ipsi præponit, cuius prædicatio terrarū orbem puaserit, & res gestæ sint longe maiores q̄ Ionæ facta,q̄ vnq̄ gessisset:& quia mirabiliter in ceti ventre tertiū iam diem egisset,placuit vt deum appellaremus:at eum qui humani generis gratia mortem susceperit, haudquaq̄ libuit vt ob rerum cęlo terraq; gestarum magnitudinem, post deū oīm conditorē,duplici dignaret honore, vt quē deus ipse prophetarum ex vaticiniis, & suo testimonio comprobasset. Et Ionas quidem cum iniuncta sibi pro dei arbitrio nō prędicaret,a ceto absorptus est:at Iesus vbi ea edocuisset quæ deo collibuissent, p̄ hominib⁹ mortem suscepit. Ait præterea Danielē potius a leonibus vbi seretulisset,adorādum fuisse q̄ Iesum, qui cuiusuis feritatem obsistentis potentiæ cōculcasset,& nobis sup serpentes & scorpios,& cuiusuis inimici virtutē,ambulandi fecerit potestatem.& cū nihil ei reliquum esset qđ diceret. Vel si his alii magis pontentifici fuerint, adiecit,vt simul Danielem & Ionā carperet: quādoquidē spūs sibi inesset qui iustis bñdicere ignoraret.
F Sed videamus q̄ subsequenter & hunc in modum is inferat,Est p̄terea & his aliud quiddam iniunctum, nil esse in eum q iniuriam fecerit vindicandum:vel si qs,inqt,tibi maxillā percusserit,alteram exhibe:priscū sane id,& olim iā dictū,ab his tū rudius cōmemoratū. Nam & a Platone Socrates introducit cū Critone sic disputās.Non igit inferenda iniuria est? nec sane oportet vt iniuriā referat q sit affectus iniuria, vt multi existimāt.Cū itaq; huadq̄q̄ videt inferenda iniuria,quid ergo?num mala sunt ingerēda o Criton, an minime? Nequaq̄ o Socrates. Quid aūt? Num etsi mala p eum referant q sit ea ppessus,equū ne an iiquū id duxeris?Nequaq̄ nam & hoīes malo afficere, haud sec⁹ se haber, ac inferre iniuriam. Vera dicis. Non ergo referenda iniuria est,nec quæ mala sunt cuiq̄ hominum irrogāda, vel vtcunq; ab his quispiam vt hæc patiat necesse est.Hæc Plato.Et paulo post, Ipe igit id cōtēplare,vtrum mecum nunc sentias,& tibi idipsum ne videat,sed inde iam ordiamur,vt plane velimus nunq̄ se recte habere,vel inferre iniuriam, vel referre, vel mala qui patiatur iniuriam vindicare:cum malum potius referat q̄ a malo abstineat:mihi vero & si id olim est visum,& in p̄senti videt,Platoni qdē sic placitū,vel hęc eadē diuinis quōdā viris sunt visa. Sed de his quidem & aliis q̄cunq; istī corrumpendo deprauāt,hęc ptulisse sat fuerit,cum alio quin q ex his aliqd plusculū duxerit conquirendū,possit vt lubet hęc ipsa puestigare. Ad ea ve G
ro quæcunq; fecerit Celsus cum nostris cōmunia,cum nequeat quid in his īsit veritatis p̄spicere:asserit nāq; vel apud Græcos eadē illa quæ apud nos fuisse p̄dicta:dicenda hæc sunt. Si em̄ vtile aliqd fuerit decretum, qđ sanius quippiā sentiat,idq; apud Græcos sit traditum,vt apud Platonē vel alium ex sapientibus quempiā, siue apud Iudæos,vt apud Moysen,vel ex propheris quēuis aliū dixeris,siue apud Christianos,quorum noia in Iesu sermonibus conscripta sunt,siue apd Apostolū aliquē p̄dita,p̄fecto haudquaq̄ existimandū est qđ p Iudæos & Christianos traditum fuerit,esse idcirco culpādū, q; & apd Græcos dictū fuisse comperiat, p̄sertim si facile ostendat, Iudęoq; res Græcis longe antiquiores fuisse: nec rursum quia idipsum ex Græcę orationis ornatu elegātius forsitā exprimat,oīno melius esse crediderim,q̄ illud fuerit qđ apud Iudæos siue Christianos,vel inornatius sit & simplicioribus verbis p̄nūciatum:tametsi Iudæoq; primus ille dicendi modus,quo p̄phetę iā vsurpato, hebraica lingua libros nobis compositos reliquerūt, accuratiore & composita oratione,nec ineleganter iuxta illos,sit literis proditus. Q; si ea quæ cum apud Grecos,tū apud Latinos eundem sunt in modum decreta,& mirifice videāt p̄nuciata,ostendendum est tū longe meli⁹ hęc exp̄sisse tam Iudæoq; q̄ Christianoq; p̄phetas. Verū vt ea q̄ dicimus confirmēt, e ciboq; instructione & apparatu exemplū sic desumem⁹. Esto cibi aliqđ gen⁹ salubrius,quod & vires indat vescentibus.Cibū itaq; sic cōparatū vt dula-

coribus sit multis cõditũ, capiant non agrestes hoies qdẽ & sordidi, in stabulis educati, & inopes, & q talibus vesci cõdimẽtis nil cõsueuerint, sed opulenti & sobrii vel soli vescãtur: cum alioquin non vt lautioribus viris paratum hi cibũ desumpserint, sed pcrinde atq; agrestibus. Si igitur concedaẽ vt ex cibi huiusmodi apparatu, q lautiores habeñ & ingenui, etsi pauci quidam, vt optime valeãt, & ex his ipsis cibatib9 vt rusticiores pmulti & imperiti rectius conualescãt si ad hos admittañ: quosnam istorũ ad tam saluberrimas escas nos admiserim9? Lautiores nelios & splendidos q pauci sint! an sordidos & rusticanos q plurimi, cũ tãtũdem vtriq; si vno eodẽq; cibo vescañ, sit salubritatis futurum: nimirum pspicuum est humanitatis & charitatis officium id suadere, vt cõmuni commodo longe magis videaẽ conducere medicus qui multorum sanitati ꝓspexerit, q̃ qui paucis medeaẽ. Id vero exempli si cognitũ fuerit, poterit ꝓfecto ad rationalis escæ & rationabiliũ animantiũ qualitatem transferri. Aduerte autem Platonẽ ipsum & sapientes illos Græcorũ, in his q̃ rectius forte edisserunt, eorũ psimiles extitisse, q illis vt medeañ ꝑmaxime curent, q splendidiores existimentur & lauti, & hominum turbam non magnifaciant: cum longe secus Iudęorũ prophetę, & Iesu discipuli egerint, q verborũ variã illam, & ornatã concinnitatẽ, vt nullius momẽti abire dispditũ iusserint, & sapientiã detestenẽ quã humanã & secundũ carnẽ sacræ literæ nuncupant, ꝓpriũ illud & simplex dicẽdi genus vtiq; ostensuri his simile redditum, q ciborũ salubrerimã aliquam & suauissimã parauerint qualitatem, quæ verborũ salutifera quadã cõpositione instituat & exornet quæ possint ad turbas pertingere: quibus interea viri isti præstãtiores, & sapientes eloquendo ꝓdesse nil possunt, & quia peregrinæ sunt nationes, audire haudquaq̃ hos patiuntur. Enimuero si futurum est, vt ita dixerim, rationalis vt cibus probum quempiam & mitem efficiat qui vescatur: cur non longe potior fuerit & rectius comparata & diuinitus instructa oratio, quæ probos & mites pmultos efficiat, confirmetq; qui virtute hac ipsa profecerint: q̃ istorum sit luculentius illud dicendi genus, vel si detur ex hoc perpaucos admodũ probitate & consuetudine ꝓfecisse! Quemadmodũ enim qui Græcus natura sit, si vel Ægyptiis velit vel Syriis saniora quædam decernẽdo cõducere, perdiscere mox audiẽdo istorum linguam curabit, ita vt pro illorum vtilitate vel barbare loqui, q̃ græce malit, si lingua nequeat sua profari quod Ægyptiis possit & Syriis conferre sic prouidens illa diuina natura non solum eorum qui græce scire creduntur, sed vel gentilium cęterorum imperitiæ condescendit, & ex his quæ ex se vbertim audirentur prospexit, vt consuetis sibi & vernaculis dictionib9 vsi qui hos educerent, ad audiendum imperitam multitudinẽ ꝓuocent, quæ facile vbi primum sit introducta, & paululum instituta, ausura sit postmodũ abditiora quędã scripturarũ sensa pcipere. Nam & cuiuis liquet qui eas plegerit, altiores longe diuina scripta habere sentẽtias, q̃ ex his videãtur ꝓferri: q̃ vtiq; his q ad congrendã dei doctrinã se prorsus addixerint, sic innotescunt: vt pro se quisq; in hac assequenda incumbat, vel pro animi mira quadã cupiditate, studii plurimũ conferat. Non igit vt ad ꝓpositũ redeam9 ex his cõ firmaẽ, vt prudentior Celsus affirmat, inepte lesum id iniunxisse, vt percutienti maxillam pcutiendã quis alterã porrigat: & tunicã volenti relinquat & palliũ: sed ad vitã profecto ille cõmodiora vt induceret loquebaẽ, cũ ea iniungeret q̃ vtiq; longe sunt potiora, q̃ ea q̃ dixerat in Critone Plato: quippe quem nec audire possunt indocti quidã & imperiti, & vt istos omittã, nec doctiores pleriq;, nisi priusq̃ ad ĩclytã illã Græcorũ philosophiã ꝓdiscendã accesserint, imbuti sint humanitatis & eloquentię studiis. Sciendũ pręterea nequaq̃ corruptũ iri qđ de virtute sentiaẽ, si incondite & rudibus verbis id ꝓferatur. Qua in re Celsus & Christianam doctrinam sic inquiẽs criminaẽ. Sed de his quidem & aliis q̃cunq; isti corruperint, sat fuerint quę diximus: & id sane intelliget qui de his plura velit inquirere. Sed age & cętera videamus, in qbus hęc infert. At id ꝓsequamur. Non enim hi patiuntur vel templa vel aras vel simulacra & statuas intueri, qđ vtiq; nec Scythæ facerent, nec Libyci agrestes illi & barbari homĩes, nec qui sine Deo sunt Syri, nec impiissimę aliq; deniq; & pditissimę nationes. Q2 autẽ & Persę id sentiant, in his sic tradit Herodotus. Compertũ habeo Persas his legib9 vsos. Simulacra quidem & aras & delubra eos dicunt erigere, qui non ex lege procedunt, qui vero erexerint stultitię arguunt: & vt mihi quidẽ videt, quia nõ ex hominibus genitos deos pro Græcorum institutis putarent: & sane Heraclitus ita decernit: & hisce supplicant simulacris: nec fieri põt vt si qs in tẽplis obgarriat, vel deos vel heroas, q̃les sint nesciat. Quid enim Heraclito sapientius nos instruente! Is siquidem apertissime suggerit, & stultum esse fateaẽ, vt quis imaginibus supplicet, si minus intelligat quotinam vel dii vel heroes sint. Hæc Heraclitus. At hi simulacra apte vituperant. Q2 si vel lapidem negent vel lignum vel æs vel aurũ deum esse: ridiculum profecto erit id sapere:

Quis enim ea nisi stolidus quispiã pro diis habuerit! Sed deorum sunt ista vel simulacra vel effigies quędam: vel forte nec diuinas quidem has esse imagines duxerim. Nam aliã esse dei figuram, vt & Persis videt, seipsos isti coarguẽdo ignorant, cũ dicũt hoiem deũ ad suã fecisse imaginẽ, specie vero sibimet similẽ: sed illud qdẽ assentient, in quorundã honorẽ hęc esse, q vel similes sint vel dissimiles specie, fabricata: nec deos esse qbus ea sint dedicata sed demones, nec esse dęmonibus per hunc seruiendũ q deũ credat.

E Ad hæc erit sic respondẽdũ: etsi Scythæ & Libyci agrestes illi & Syri, quos diis carere Celsus affirmat, & natiões alię cum impiissimę, tum perditissimæ, & Persę insup ipsi, haudquaq̃ spectare vel delubra, vel aras, vel simulacra iam tulerint: haud tamen par fuerit cum illi videre hęc minime patiant, vt ipsi non eadẽ tolerem⁹. Essent nãq; & dogmata ipsa examinanda, ex quorum id sentẽtia egerint, qui nec tẽpla nec simulacra hęc ferant, nec spectare eadẽ patiant. Q; si ex sanioribus qbusdã decretis id ꝓdeat vt minus ista ferant, ꝓfecto q minime tulerit collaudet necesse est: qui vero falsis institutionibus pareat, vt crimínis arguatur. Nam & fieri potest vt ex dogmatum differentia quadam hæc fiãt. Exempli gratia, declinant hi adulteriũ q Citiei Zenonis statuta philosophando sectant, nec secus & Epicurei pleriq;, eorum decretis vt pareant qui imperitissimi sint. Sed vide dum adulteriũ hi oẽs declinant, q̃ inter se differant: siqui dẽ hi ex mutua partim charitate, partim qa pter aiantis naturã qui ratione vtatur esse decernunt, velle mulierem adulterare quę alteri cuiq̃ ex lege prius denupserit, & alteri⁹ hominis cor rumpere domicilium. Illi vero idcirco nihil adulterando delinquunt cum adulterio abstinẽt, quia bonoꝝ finem in voluptate pfiniunt, & eis pleraq; obstent q̃ voluptatẽ hanc intercipiant, q fornicãdi hãc vnã subierint voluptatẽ: ita vt plerũq; vel in carcerẽ detrudant, vel aliis pequẽtibus ineant fugã, vel mortes incurrãt nonnũq̃, vel prius q̃ hæc patiantur & vitæ discrimina subeant, cum interea vel abeuntem e domo virũ idcirco obseruant, vel eos qui viri partes tutantur, vt quoad fieri possit frustra hos habeãt adulterando, & domesticos cæteros fallant, & eos insup apud quos sibi infamię nota ex adulterio poterat comparari. Atqui in adulterii crimen vltro inciderit voluptatis gratia Epicureus: priuatus vero vir aliqs & imperitus, cum liceat ei vt opportunitatem nactus adulterare, nec tamẽ adulteret, deprehendet nõnũq̃ ex instãti legis formidine & cruciatu nullam adulteraſse: non tñ Epicurei more, vt plurimum voluptatis venetur, a fornicãdi facinore abstinebit. Videsne igitur cum vnum sit adulterii facin⁹, dũ varia sibi homines abstinendo ꝓponant: non id ipsum oĩbus fieri, sed plane diuersum, siue ex decretorum quorũdam integritate, siue ex prauis illis & impiissimis Epicureorum statutis, siue ex his quæ priuatorum quorundam & imperitorum hoĩm fuerint? Vt igit vnum illud, hoc est adulterii abstinẽtia, etsi idẽ esse ꝓtendit, multiplex tamen ꝓ variis institutis id esse compertum est: sic & qui minus apud aras & templa & simulacra Iesum colere patiunt, siue Scythæ hi fuerint, siue Libycí quidam pastores, siue qui sine deo sunt Syri, siue deniq; Persæ, ex decretis aliis quibusdã id egerint, atq; ea sine quibus vel Christiani vel Iudæi nil tolerent deum sic coli, vt multi colendum hunc duxerint. Et sane illorũ nemo quia deorum religionẽ & cultũ in fictilem eam traducat materiã & ita effigiatam, nec aras nec simulacra hæc patiet: siue qa de dęmonibus illud acceperit q; in his imagínib⁹ & locis isti insideant, & veneficiis qbusdã ad hæc euocentur, siue alias vtcunq; sibi prípere ea loca potuerint: in qbus dũ auidius sacrificãtium oblationes suscipiunt, vt impiam voluptatẽ venant, ita & impios captãt. Christiani vero & itẽ Indæi cum audiunt, Dominũ deũ tuũ timebis, & illi soli seruies, & non erũt tibi dii præter me alii, nec tibi feceris idolum, nec rei vllius similitudinem, quęcũq; in cęlo sunt & in terra deorsum, & q̃cunq; in aquis desup terram, nõ adorabis ea, nec seruies illis, & Deum tuum adorabis & illi soli seruies: & ob alia, pleraq; nõ his dissimilia: nõ modo deorum templa & aras & simulacra hæc auersantur, sed vel ad mortem si fuerit necesse, promptius veniunt, ne ex aliquo excessu & impietate prorsus inquinent quod de omnium conditore optimo sentiunt. Superius G autem de Persis facta mentio est, quemadmodũ nec tẽpla hi ponerẽt, cũ & solem alias colerẽt, & dei structuras: sic enĩ sunt instituti. qđ vtiq; nobis & interdicitur, vt intelligamus posthabitis cæteris vnum esse deum colendum: & quemadmodum sit oĩno futurum vt creatura hæc liberetur a seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum dei, & q; expectatio creaturę revelationem filioꝝ dei expectat, & q; vanitati creatura sit nõ volens subiecta. sed ꝓpter deũ q eam subiecit in spe: nec oportere q̃ in seruitute corruptionis sint, & vanitati subiiciant. & in spe meliora hæc faciant, dei loco nulla re indigentis, vel filii eius oĩs primogeniti creaturæ vicẽ præoccupando vt honorent. Sed satis iam ad ea hæc sint, q̃ de Persarũ gente meminim⁹, aras & simulacra penitus auersantiũ, & creaturæ pori⁹